Lapis lectu difficilis; I, E, T vix differunt. — 1 ne cogites de MEMORIAE AETERNAE litteris ligatis. — 4. 5 est *inter-  
ceptus*. — Exempla Wallierii et Arcis satis accurate facta sunt; contra imperita fraude excepta Zurlaubenianum et Hal-  
lerianum, quae appono, quoniam quodammodo pro falsis haberi possunt:

Zurlauben:

vel IMPERATORI AV II MEMORI AV  
vel GAII NERON VL GAI O NERONI VL  
TRA IVRASSI VALL  
ROMAN · INVII  
i. e. SVpra ARAM vel ARAM AMNEM CEPTV SVP · AN  
vel VICANI VLTINA ISANI VLTINA  
.....NAV · STAN  
TES POSVERVNT

Haller:

IMPERATORI TIB  
CLAVD NERON QVI  
TRANSIVRASSI VALL  
ROMANIS INVIAM  
COEPIT SVPERARE  
VICANI VLTINAT  
ENSES · NAVIGANT  
ES POSVERVNT

### XVIII. TVRICVM VICVS HELVETIORVM (Zürich).

*Acc. Kempraten et Iona.*

236 Turici in colle Lindenhof rep. a. d. XV kal. Iun. 1747 'in complanandis tilieti huius ambulacris occupati fossores  
arenarii dum terram egerebant qua loca aliquot depressiora replerent, incidunt in saxa quaedam grandiora varii  
artificii et prorsus diversae aetatis haud procul ab invicem nullo ordine iacentia, quae haud ita multis ante nostram  
aetatem seculis ad solum ibi tunc depressius cum reliquo solo altiore exaequandum ex locis haud longe dissitis eo  
comportata et confuse permixteque prout casus dederat terrae videntur fuisse mandata. Haec inter rudera lapis  
noster delitescebat; pars scripta prona sub terra iacebat' Hagenbuch p. 481. Extat Turici in bibl. civium.

D	M	<i>D(ies) M(anibus)</i>
HIC SITVS EST		<i>hic situs est</i>
L AEL VRBICV		<i>L. Ael(ius) Urbicus</i>
QVI VIXIT AN		<i>qui vixit anno</i>
VN · MV · DV ·		<i>uno m(ensibus) V d(iebus) V</i>
5 VN · O · NG · LIB		<i>Unio Aug(usti) lib(ertus)</i>
PP · STA TVRCAN		<i>p(rae)p(ositus) sta(tionis) Turicen(sis)</i>
XLGEÆSECW		<i>quadragésimae G(alliarum) et Ael(ia) Secun(d)in(a)</i>
P DVLCISSIM · F		<i>p(arentes) dulcissim(o) filio</i>

Contuli. Hagenbuch *τεσσαρακοστολόγιον* Turicense s. epist. epigraph. (Turici 1747. 4.) p. 473—620, aere inc.; Gerbert  
p. 38 item aere expr.; Haller I, 15 = 17; Meyer in Gerlachii Schweiz. Mus. I, 128. II, 64—75; Orelli 459 = 266.  
Adscripsi Hagenbuchii interpretationem rectam eam quidem et defensam docto commentario, qui tamen ita longe late-  
que vagetur et divagetur, ut et facete et iuste Reiskius ad eum applicarit Plautina illa: 'Si ante lucem ire occipias' a  
primo epistolae titulo, 'Concubium sit noctis priusquam ad postremum perveneris'.

237 Ioniae (prope Rapperschwyl ad lacum Turic.) ante portam ecclesiae *Tsch.* 'inscriptio non legitur parte scripta parieti templi applicata' *Scheuchzer* it. 1710 p. 528. Denuo ibidem (nempe ad angulum ecclesiae qui respicit *Russkilch* et lacum) a. 1722 reperit inversam et conversam reposuit *Hagenb.*; dudum frustra quaesita nuper tertio relecta est ibidem. Modo prostat in ecclesia.

C OC · PROVIN  
 CIALIS SIGN C  
 C VI/GIVS VIS  
 / / / / PRO SE S/  
 5 / / / / / N N I 3

238 Kempraten prope Rapperschwyl ad ripam lacus Turic. (qui vicus Centoprata dicitur in instrumento saec. VIII *Mitth. der a. G. in Zürich II* p. 10) rep. m. Apr. 1829 in thermarum reliquiis *Or.* Videtur periisse.

.....  
 RO · H S V S  
 V S I L M

Orelli n. 5039 ed. 1 (in ed. 2 deest) a Neuhausio.  
 1 ns et vs ligatae fuerunt. Fuitne *Aphrodisius?* — 2 vstlm Or.

Descripsi et ad lapidem et ad ectypon mus. Turic. gypsaceum. *Tschud.* cod. S. G. 1083 p. 68; cod. 105 p. 4. 74, ed. p. 110 (inde *Simler* cod. 102 f. 19; *Guillimann.* p. 37, ex hoc *Grut.* 444, 7; *Haller I,* 9), qui interpolavit. *Hagenbuchius* bis dedit diverse, et in epistolis a. 1722, 33 et in inscr. cod. 285 p. 2. *Orell.* 470 = 278, qui male *Hagenbuchio* tribuit lectionem *Tschudianam*.

Lectio in plerisque non satis certa est. — 2 signo *Hag.* qui in hoc verbo desinit itaque visum est mihi etiam in lapide posito tamen in loco obscuro et incommodo; contra in ectypono videor mihi deprehendisse *signiferum cohortis*, quae lectio certe commodior est. — 3 valde incertae lectionis est; fortasse inest nomen *C. Valgii* vel *Ulagii Vestalis*. — 4 *pro se suisque* satis clare apparet. — Ceterum adscribam lectionem *Tschudianam*, quam interpolatam esse lapide sedulo collato testari possum:

C · OC · PROVIN  
 spatium  
 S · L · D · D · D

### XIX. VITVDVRVM VICVS HELVETIORVM (*Oberwinterthur*).

239 Constantiae tabulam inveni marmoream vetustas litteras continentem, ex quibus apparet a Constantio Constantini patre hanc urbem nomen cepisse, cum prius Vitudura nuncuparetur. Hanc tabulam nemo Constantiensium legere scit tenetque vulgus opinio esse sanctuarium quoddam praecipuae religionis. Itaque mulierculae et cetera imperita turba fricandis per eam manibus et ad faciem refricandis iam litteras paene totas ex tabula deleverunt, cum tamen ibi scripta sint non sanctorum Christi sed persecutorum fidei Christianae nomina' *Leon. Aretinus* (1414). Constantiae in sacello S. Blasii iuxta chorum cathedralis ecclesiae *Apian.* similiterque *Stumpf.* 'Zu Costanz sint man keine römische Antiquiteten, dan allein ein stein ist gebrochen, den habend die heidnischen keiser alda lassen machen, als sy die statt Winterthur, so von Alamannieren zerstört, wider buwen lassen, hat sich doselbshin sollen furen über der statt porten zu sezen, ist uss Hinlessigkeit oder vilicht durch andere Införe nit geschähen, und also zu Costanz bliben ligen. Das grösser stuck ist nochwerz innwendigen in Sant Blasius Cappel, so nechst bim thum ist, in die muren gesezt, da es noch stat. Das kleiner stuck ist noch Anno dñi 1520 vor der Cappel uf der erden gelegen, und sidhar durch die steimezen oder murer hinweg kommen, vermuret und sonst ze grund, beide stuck hab ich des gemelten Jars in miner Jugend eigentlich abgeschriben' *Tschud.* suo mendacio. Loco eo quem *Apianus* indicat titulus fractus adhuc extat; errore enim inde extractum et ad nescio quod aedificium in hortis adhibitum cum hoc periisse narrat *Rappenecker* *Inscr.* von Baden p. 1. — Vituduri nemo testium vidit apparetque ex iis quae narrat *Aretinus* iam saec. XV incipiente titulum dudum prostitisse Constantiae. Vituduro tamen avectum esse Constantiam, quod coniecit iam *Rhenanus* et admiserunt reliqui omnes, et ipse verum puto; avexerit episcopus aliquis *Vindonissensis* Constantiensis dioeceseos, quae tractum Vitudurensem complectebatur, sive sacri cuiusdam usus causa male intellecti sive ut ex nomine Constantii v. 5 Constantiae suae antiquam originem comprobaret. Quare non dubitavi recipere, etsi titulus hodie *Badensium* est, non *Helvetiorum*.

	<i>i m</i> /P · CAES · G · AVRE · VAL · DIOCLETIAN	<i>us pont · max · ger · max · ii</i>
p. C. 294	SAR · MAX · PERS · MAX · TRIB · POT · XI · IMP	<i>p · x · cos · u · p · p · procos · et</i>
	IMP · CAES · M · AVR · VAL · MAXSIMI	<i>us pont · max · ger · max · sar</i>
	MAX · PERS · MAX · TRIB · POT · X · IMP · VIII · CO	<i>s · iiii · p · p · procos · p · f · inu · augg ·</i>
5	ET · VAL · CONSTANTIUS · ET · GAL · VAL	<i>maximianus nobilissimi</i>
	CAESS · MVRVM · VITVDVRENSEM · AS	<i>olo refecerunt</i>
	AVRELIO PROCVLO V · I/ I/R	<i>aes. prou. dedic.</i>

Descripsi diligenter. Citant titulum Leon. Aretinus in epist. IV, 3 scripta Constantiae a. d. II kal. Ian. 1414 et B. Rhenanus rer. Germ. I. III (Basil. 1531 fol.) p. 128. Exhibent Apianus p. 454 (unde pendet interpolatio Panviniana Grut. 166, 9); Stumpf cod. 47 p. 106, ed. V, 10 (inde Simler cod. 102 f. 138. cod. 104 p. 18 et per Paul. Gul. Lips. p. 30), qui in cod. supplementa adscripta Tschudio refert accepta et fortasse exemplum quoque a Tschudio accepit; deinde auctam Tschudius cod. S. G. 1083 p. 68. 87. 155 (hoc loco ait se vidisse lap.); cod. S. Gall. 1089 p. 82; cod. 105 p. 82 cf. p. 4, ed. p. 134 (inde pendent Simler cod. 102 f. 13; Guillimannus p. 26; Grut. 166, 7 ex Guillimanno; Bochat I, 426 ex ms. Tschudii). Ex lapide postea exceperunt Calmet p. 90 et male Raiser Oberdonaukreis I (Augsb. 1830) p. 24. Orelli 467 = 275.

De lectione vix quidquam monendum est nisi quod antiqui tanquam ex lapide proferunt litteras hodie exesas I in. IM, 5 med. T, 6 in. c. In fine hodie magis imminutum esse lapidem quam fuit saec. XVI neque probabile est in titulo muro incluso neque unquam loco moto et refellitur collato exemplo quamvis corruptissimo Apiani; quare Stumpfio-Tschudio-Simlerianum apographum quas addit litteras 2 f. IMP, 3 f. MAXSIMIAN, 4 f. COS, 5 f. VAL · M, non lectas sed additas esse arbitrator. — 5 in. ☉ VAL Ap., NVAL St., FL · VAL Tsch. (in cod. S. Gall. olim videtur fuisse . . . VAL); in lapide est ET · VAL. — 7 in. ante AVRELIO nihil unquam scriptum fuit neque habet ibi quidquam Ap.; CVR · vel CVRANTE AVRELIO Tsch. St. Siml.; vide quae mox dicentur. — in fine lege viro perfectissimo praeside provinciae; prior P etsi male legitur, tamen c non esse in lapide certum est. — Ad interpolationes quod attinet, missa Panviniana quae non multum nocuit, adscribam cum supplementa, quae, ut ait Stumpfius in cod., 'Aegidius Tschudi ex coniecturis literis minusculis adiecit', tum partem tituli quam idem dicit minorem, cuius causa postea confinxit supra recitatam fabulam.

## Tschudii supplementa:

	aug · pont · max
p · x	cos u p p et
n	aug · pont · max · sar
s	iiii p p · et impp
m	aximianus
	olo restaur
	oc · in helvetiis

## Tschudii interpolatio:

V	S · AVG · PONT · MAX ·
P	· X · COS · V · P · P · ET
N	V · S · AVG · PONT · MAX · SAR
S	· IIII · P · P · ET · IMPP
M	A X I M I A N V S · F I L I I
O	L O · I N S T A V R A R V N T
	· P R O V · M A X · S E Q

Falsa haec esse dudum intellexerunt Masson (hist. crit. de la rép. des lettres Amsterdam 1714 p. 65) et Schoepflin (Als. I, 131) et ego nuper data opera exposui (Berichte der sächs. Ges. der Wiss. 1852 p. 208–211), quem commentarium adeat qui dubitat. Addo nunc quod postea didici hanc inscr. a Tschudio in autogr. Sangallensi p. 68 ita exhiberi, ut sub titulo 'fragmentum' referatur pars quae adhuc extat adscriptis supplementis primum iis quae exhibuit Stumpfius ('curante' etiam minusculis legitur in margine, in textu puncta sunt), deinde deletis verbis 'in Helvetiis' rescriptum est 'prov. max. Seq.' item minusculis. Ibidem p. 87 legitur cum similibus supplementis, nisi quod v. ultimo nullum adscriptum est. Denique in cod. 1089 p. 82 similia supplementa leguntur, ita tamen ut in fine v. ultimi in textu primum fuerit 'in Helvetiis', quo deleto in margine scriptum est 'Rhaetiae primae', hoc rursus deleto: 'melius prov. Seq. Max.'

## XX. AQVAE VICVS HELVETIORVM (Baden prope Zürich).

240 Aquis Helveticis in thermis maioribus in curia posteriori, lapis forma baptisterii fere, nuper ibidem inventus *Tsch. S. G.* 1083. 'ara, by den Bederen im hinderen hoff uss dem händ gegraben, die hat Graaf Ulrich von Montfort anno dni 1564 mit vergunstung der Eidtgnossen über den Bodenseeh hinuss in sin statt tettnang gefurt' *Tsch. cod. Tur. et ed.* anno . . . prope vicum calidarum aquarum aram invenit Theodovirus a Monte hospes tum aulae ut vocant posterioris ad aquas, quam postea donavit Montfortio comiti, qui illam permissu Helvetiorum Tettnangam avexit *Siml.* Ulricus hic comes Montfortii († 1574) monetis etiam colligendis operam dedit (v. Vanotti *Gesch. der Grafen von Montfort* p. 156); sed quae collegit post mortem domini videntur dispersa esse vel pessumdata. Apud rerum Wirtembergicarum scriptores altum est de hoc titulo silentium neque hodie videtur extare Tettnangi.

DEO · INVICTO  
TIB · CASSIVS  
SANCTVS  
ET · TIB · SANCTE  
5 IVS · VALENS  
I E V I · L ·

*Tschudy* cod. 105 f. 5. 87, ed. p. 144; cod. *S. G.* 1083 f. 67; *Simler* cod. 102 f. 25 cf. f. 68; *Guillimann.* p. 124 (inde *Grut.* 21, 10) nimirum ex *Tschudio*; *Mur.* app. 6, 3 ex iisdem; *Orelli* 450 = 257.

*Tschudius* a *Simlero* potius pendet quam *Simlerus* a *Tschudio*; quare noli dubitare de sinceritate. — 4 SANCTE *Tsch. S. G.* et cod. 105 f. 87 *Siml.* f. 25; SANCTAE *Tsch.* f. 5 *Siml.* f. 68. — 6 IEVI om. *Guill.* *Fuitne posuerunt ex voto laeti lubentes?*

242 Anno 1633 den 22 Augusti Alten Calenders ist ein Irrdiner Hafen voll silberreicher Pfenning (da die Marck 10½ Loth fein hält) zwar nicht von ganz feinem Silber, und auff solchen mehrertheils der alten Römischen Keyser Bildnuss gepräget, in der Erden vergraben, inn dem Hölzlein, nicht weit von dem besagten Kloster [Wettingen] und in der Graffschafft Baden (so selbiges mahl Herr Hans Jacob Fuesslin, dess Raths zu Zürich, verwaltet hat) gefunden worden, so an Gewicht 14 Marck 4½ Loth, dessen Geschirrs und der Mützen [scilicet Sabinæ Aug. et Gordiani III] hiebey zu sehen, nachdem dasselbige, wie man auss etwas Zahlen und andern gemerckten Zeichen gespüret, in die 1400 Jahr da gelegen' *Merian* 1642. — 'Jahr Rechnung [von Baden] 1633. — d. ult. Oct. Die im Wettinger Hölzlein fundenen Silbernen Antiquiteten haben 194 Loth 3 Q. gewogen, welche an acht Stucke under die acht Regierende Orth vertheilt worden, davon

Zürich	40 Loth	—	Quintli.
Bern	22	»	2 »
Lucern	18	»	2 »
Uri	58	»	— »
Schweitz	15	»	— »
Under Walden	7	«	1 »
Zug	17	»	— »
Glarus	16	»	2 »

das Loth pro 12 Gutbazen angeschlagen'. Excerpsit haec *Zollerus* in cod. ms. p. 245; unde certe apparet quibus locis vasa quaerenda sint, quamquam quaerentem operam perditurum esse dudumque haec ad 'Gutbazen' redacta esse non dubito. *I. B. Ottii* (*muthmassl. Ged.* p. 8) errorem *Vindobonae* in museo *Caesareo* haec adservari, natum ex *Lambecio* negligenter lecto redarguit *Zollerus*; praeterea amicus data opera *Vindobonae* postquam supellectilem hanc investigavit, extare loco indicato negavit.

241 Wettingen prope Baden in turri ecclesiae parochialis *Stumpf* ibidemque adhuc extat.

DEAE ISIDI EEMPLVM A SOLO  
L ANNVSIVS MAGIANVS  
DE SVO POSVIT VIK AQVENSĒ  
AD CVIVS EEMPLI ORNAMENTA  
5 ALPINIA ALPINVLA CONIVNX  
ET PEREGRINA FIL X C DEDE  
RVN \* L · D · D · VICANORVM

Descripsi cum ad ectypon ex gypso factum musei Turicensis tum ad ipsum lapidem. *Stumpf* cod. 47 p. 105, ed. VI, 23; *Tschudy* cod. 105 f. 4. 83, ed. p. 137; *Simler* cod. 102 f. 22; *Guillimann.* p. 125; *Grut.* 82, 9 a *Commelino* i. e. e *Stumpfio*; *Merian* topogr. *Helvet.* ad p. 51; *Altmann* *Altes und Neues aus der gel. Welt X* (Zürich 1719) p. 683 sq.; *Hagenbuch* cod. 286 p. 295 q. v.; *Orell.* 457 = 264.

3 neque *VIR AQVENSIS* *Stumpfii* neque *VIR AQVENS B* *Hagenbuchii* (de cuius interpretatione praestat tacere) verum est, sed *vikanis Aquensibus* legendum. Quod si quem moveat scripturae inconstantia in eodem lapide, consulat *Marinum Arv.* p. 29 sq.

a in paterae maximae [quam Uranienses accepisse Zollerus conicit] parte inferiore et exteriori litteris bonis *pict.* Circulo scripta sunt ut nescias ubi incipiendum sit.

*intra*

DEO \* MARTI \* \* MIL \* \*  
Fuitne M·L·L, merito laetus libens?

*extra*

LEGENTI \* REGLY \* BENIGNES  
'*Legentii, Reglii* [debut saltem proponere *Regle*  
sive *Regulae*], *Benignes'* Hag., vix recte.

b in patera non profunda [quam ad Turicenses pervenisse Zollerus conicit] stilo scripta *pict.* Circulo scripta non pleno, ut initium certum sit.

*extra*

RINIONIBOLTIVRI

*intra*

‡

c in paterae argenteae non admodum profundae parte inferiore stilo scripta *pict.* Hanc Zugenses accepisse conicit Zollerus ex ponderis et tabulae comparatione coniectura ducta.



2 fortasse pro MANI ser. MATVT facillima emendatione, quae nititur titulo n. 243 quamvis et ipso lectionis non satis certae. — 3 conferendus est cum notis simillimis supellectilis argenteae Bernayi (Eure) repertae (v. Lenormant Bull. dell' Inst. 1830 p. 97 sq.), quae sunt hae:

- 1) MERCVRIO·AVGVSTO·Q·DOMITIVS·TVTVS·EX·VOTO; in medio PIS::SƏVIII
- 2) eadem inscriptio; in medio PH·ƏII
- 3) sine inscriptione P·ISϚϚ7X

item cum titulo Ferrariensi Marini Arv. p. 230, quem et ipse vidi Ferrariae:

P·XXIIIS·V·VII

Horum omnium priorem partem facillime explicabit qui scit P esse *pondo*, - unciam, L semunciam, Ϛ sicilicum sive unciae partem quartam (Volus. Maec. § 27. 29. Marini Arv. p. 227); ut habeamus

in Bern. I	P IS=L	=	pondo	12 <sup>1</sup> / <sub>24</sub>
in Bern. II	P II-	=	»	2 <sup>1</sup> / <sub>12</sub>
in Bern. III	P ISLρ	=	»	12 <sup>7</sup> / <sub>48</sub>
(sic corrigenda)				
in Ferr.	P XXIIIS	=	»	23 <sup>1</sup> / <sub>2</sub>
in nostra	P S=L	=	»	19 <sup>1</sup> / <sub>24</sub>

Sed quid faciemus de his quae restant?

in Bern. I	Ə VIII
in Bern. II	Ə II
in Bern. III	7 X
in Ferr.	7 VII
in nostra	ρ VII, ubi corrigo Ϛ VII.

cum reiiciendam esse Marini interpretationem qui 7 habet pro scriptulo sive  $\frac{1}{288}$  pondus mihi quidem constet; neque enim placet transitio eiusmodi a notis ad numeros et decem vel octo scriptula potuerunt notari ex parte certe solitis notis sicilicorum. Quare mihi visa est prima nota indicare *sextarium ad vinum*, quem Ϛ notari docet Vol. Maec. § 80 et exemplis confirmavi I. N. 5078. Certe aliqua liquoris mensura ex iis quas Maecianus ibi recenset hoc loco indicatur, quam si placuisset descriptoribus vasorum mensuram adnotare facillime erueremus. At periit vas cuius basis lapis Ferrariensis olim fuit et Bernayensium nostrique mensura non proditur.

Accurate delineata exhibentur haec vasa cum anaglyphis et inscriptionibus in fasciculo picturarum illius aetatis qua reperta sunt, qui ex bibliotheca civium Turicensium in eorundem antiquarium nuper transiit. Ex hoc fasciculo desumpta est et pictura Zolleriani cod. p. 247–264 (inde Haller II, 185 sq.) et Meriani (top. Helvet. p. 51) tabula, ex qua pendunt reliqui omnes, ut Reines. I, 81 not.; Wagner Merc. ed. 2 p. 158, ed. 3 p. 196; Hagenbuch cod. 286 p. 321; Bochat II, 402; Orell. 458 = 265.

243 Badenae prope Turicum olim, unde bello Toggenburgico a. 1712 ablata est *cod. Zolleri* p. 604, ex quo tempore extat Turici in bibl. civium.

MERCVRIO  
 MA T / T N O  
 vir // I / IE arbor  
 EX VOTO  
 V L M

Descripſi. Scheuchzer Untersuchung des Bads zu Baden (Zürich 1732) p. 11; Ott muthm. Ged. p. 32; Zurlauben hist. de l'ac. roy. des inscr. vol. XXXVI (Paris 1774) p. 163 ex Ottio; Orell. 451 = 258.

2 mihi est MATVINO; certe non est in lapide quod dederunt priores MARVNO.

244 gefunden 1846 in den kleinen Bädern zu Baden, im Haus von Grossrath Bucher; geschliffene dünne Platte, jetzt wieder vermauert.

A E  
 . C  
 S P

Zeichnungen der ant. Ges. zu Zürich Bd. III Bl. 76 v.; descripsit praeterea Schaufelbühl Zurzacensis.

2 G Sch.

### XXI. VINDONISSA VICVS HELVETIORVM (Windisch).

245 Brugg *Gundelf.* Brugg in pariete domus nobilium Efinger ad exteriorem portam *Stumpf* *cod.* 47 p. 103, ubi locum indicat, inscriptionem ipsam omisit (ita plane *Tschud.* *cod.* 105 f. 8. 87, ed. p. 143). Denuo a. 1779 rep. sunt fragmenta duo, quorum prius v. 1. 2, alterum 4. 5. 6. 7 complectitur, Brugg 'im Hallweilerhof' *Haller* vel 'im Effingerhof' *Fisch.* Nunc extant ibidem.

I M P . T . V E S P A S I A N O  
 CAESAR . AVG . VII . COS p. Chr. 79.  
 MARTI . APOLLINI . MINERVAE  
 ARCVM  
 5 VICANI / VINDONISSENSIS  
 CVR . T . VRBANIO . MATTONI . T .  
 VALER . ALBANO . L . VETVRIO . MELO . C . COTTIO  
 RVFO . q . SEXTIO . . . . .

Descripſi quod superest. Integram vidit unus Henricus Gundelfinger ecclesiae Beronensis canonicus posuitque in libello de thermis Badensibus scripto a. 1489 (qui libellus sive editus est sive non editus, videtur periisse, sed excerpſit eum *Conr. Gesnerus* in tractatu de thermis inserto operi 'de balneis omnia quae extant apud Graecos, Latinos et Arabas scriptores' *Venet. ap. Iunt.* 1553 fol. f. 292 a); unde habuit *Grut.* 1068, 3 et *Donat* 212, 4 = 344, 3 ex schedis *Gnocchii*. *Stumpfius* de titulo audierat neque tamen descriptum accepit, unde factum est ut desit apud *Tschudium* (qui tamen 'praetereundo se vidisse' mentitur *Stumpfii* notam supra relatam exscribens) *Simlerumque* et reliquos *Stumpfii* asseclas. Denuo relecto lapide inscriptio edita est ab *Hallero* *Schweiz. Mus.* 1785 p. 703, *Helv. I.* 131 = 149; *Fischio* in *Helvetia IV.* 419; *Orellio* 437. 5026 = 240.

V. 1. dabo Gundelfingeri solam, qui versus non separat: 1 IMPERATOR . TITVS . VESPASIANVS, 2 CAESAR . AVGVSTVS . VII . CONS, 5 VINDONISSENSIS, 6. 7. 8 CVRIAE . TITO . VRBANIO . MATTONI . TITO || VALERIO . ALBANO . LVCIO . VETVRIO . MELLOCCOTIO || RVFFO . QVINTO . SEXTIO. — Vides non tam male descriptam quam compendia imperite soluta esse. — Ceterum cum totum titulum *Hagenbuchius* perperam iudicasset suspectum, *Orellius* v. 3 et 8 a Gundelfingero additos esse credidit, cuius tamen interpolationis neque ille causam ullam addidit et equidem hos versus ab interpolatore nequaquam proficisci probare me posse confido. Primum enim duos qui hodie supersunt lapides examinans prioris partem inferiorem et superiorem alterius ita resectas inveni □ □ ut medium lapidem deesse appareret; item secundi lapidis partem inferiorem non ita exasciatam esse quin effracta esse posset. Praeterea tanta cum simplicitate titulus profertur ab antiquo illo auctore, ut neque ratio neque consilium interpolationis intellegatur. Denique si fuit titulus positus in honorem imperatoris, cur solum consulatum adscripserint omnia tribunicia potestate aliisque solitis honoribus, non video; imo imperatoris nomen cum consulatu solo eam vim habet ut annum denotet, quamquam hoc singulare est et factum in honorem imperatoris, qui hoc ipso anno patre mortuo solus imperium susceperat, ut ei collega ommitteretur et consul in principio non in fine tituli collocaretur. Quam ob rem tertius versus tantum abest ut interpolatus iudicandus sit ut si eo carendum esset, titulus procederet sine dedicatione.

246 Vindonissae rep. 1852, nunc Turici in bibl. civium.

M E R C V R  
 ///IN:////  
 //////////////

Descripti.

247 Vindonissae rep. m. Maio a. 1852. Nunc Turici in antiquario.

Q V A D R V I  
 S · P R O s E · E T s  
 V I S · V O T V M S O ·  
 L V I T // I I C E N N  
 I V // // V S V / I // // //  
 A M // // I F C / I / I C // //  
 I I s / E · M E R / I O //

Descripti; evanida est. Edidi Bull. dell' Inst. 1852 p. 106.

248 röthlich weisser harter Marmor, wie er in dieser Gegend nicht vorkommt (von gleichem Material wurde 1840 ein Stück von einem cannelirten Pilaster gefunden und zu einem Grabstein verwendet; ein ähnliches Stück ist in der Basis des Schwarzen Thurms bei der Brücke vermauert, so dass die Schmalseite nach aussen steht; ein drittes in ähnlicher Weise in einem Privathaus). Der Stein ist 6 neue Schweizerschuh lang, 2' 9'' breit, 1' 5'' dick. Die wohlgeglättete Vorderseite ist von den Seitenwänden gegen die Mitte zu cylindrisch vertieft mit einer Einbiegung von etwa 2 Zoll in der Mitte; so dass der Stein Bruchstück einer in grossen Dimensionen gewölbten Nische zu sein scheint. Auf der dem Beschauer rechten Seite hat der Stein in der Richtung der Dicke einen Ausschnitt □, so dass hier offenbar ein anderes Quaderstück eingefügt war; die linke Seite ist ganzwandig, doch finden sich auf dem obern Rande links wie rechts deutliche Spuren der Verbindung durch eiserne Klammern. Gefunden Anfangs Juni 1842 in Brugg in der Storchengasse an der südöstlichen Ecke des Effingerhofes zwischen diesem und der ehemaligen Landschreiberei, einen halben Schuh unter dem Strassenpflaster. *Haec excerpti ex epistolis eorum qui affuerunt cum titulus repertus est.* Optimis et plane Augusteis litteris scriptum epistylum extat Bruggi.

A V G V S T O ·  
 V N D O · L E G · A V  
 L E G I O · // // //

Descripti. Orell. . . . = 255 a Fischio Voegtliano Staebli, quorum epistulas ego quoque excussi.

3 tres litterae, puto XXI, consulto erasae.

249 Königsfelden rep. 1809.

VESPASIANO

Haller II, 394.

250 Windisch, longa poll. 41, lata poll. 36.

G P O N -  
 B P O T III  
 L O N I O P A T R

Hagenbuch cod. 286 p. 281 a Schinzio Vindonissensi; inde Orell. 438 = 241.

251 Windisch rep. 21 Ian. 1794 *Hall.* Extat Königsfeldae in coenobio..

*rosa*

M · A P R O N I V S ·  
*sic* M · F V L V I V S · S E C V  
 N D V S · L V C O A V G  
 M I E S · L E G · X I · C P F  
 5 7 V e L I F V s C I · A N N O  
 X X x V I I s T I P E N D I O  
 R V x V I I H · S // E S T  
 T E S T A M E N T O F I E R I  
 I V S S I T H E R E D E S  
*sic* 10 F A C I V M V C V R A R  
 V N T

Descripſi. Haller I, 189 ed. 2 male; Leichtlen Schriften der Freiburger Ges. I, 36; Orell. 439 = 242; ego Bull. dell' Inst. 1852 p. 103.

2 quadratarius scribere debuit M · F · V O L sive M · F · V V L sive M · F · V L, quod male solvit in M · F V L V I V S. Lucus Augusti enim tribus est Voltinae, v. Steiner (ed. 2) 508. 509. 546.

252 inventa a. 1698 ad confluentes Arolam et Ursam *cod. C 220.* Gebensdorfi rep. 1698 cum olla sepulchrali; extat ibi in aedibus parochi *Wagn.* ex duabus ollis sepulchralibus simul repertis alteram in bibl. Zofingensi extare auctor est *Altmann* in Hagenbuchii ep. ms. 1722, 34. — Videtur interiisse cum aedes parochi reficiebantur a. 1768.

T I C L A V D I O H M N O  
 M E D I C O L E G · X X I  
 C L A V D I A E Q U I E T A E E I V S  
 A T T I C V S P A T R O N V S

Wagner ed. 3 p. 98; Scheuchzer it. 1705 p. 327; Ott muthmassl. Ged. p. 23 et codex eiusdem apud Hagenb. cod. 284 p. 79 (inde cod. Zollerii p. 597 et cod. C 220); Hagenbuch cod. 284 p. 76. 79 (cf. ep. ms. 1722, 33) qui descripsit a. 1727 (inde ed. Breitingen ap. Schelhorn. amoen. litt. VII, 25) et 1744; Schmid 1760 p. 97; Gerbert p. 19; Donat 280, 2 ex Schmidio; Ritter p. 6; Orell. 448 = 254.

Missis exemplis editis, quorum in nexibus nullus fere usus est, v. l. dabo Ottii et Hagenb. I. II. — 1 T I C L A V D I O H Ott, .. C L A V D I O H Hag. I; quod supra dedi, habet Hag. II. nisi quod pro T I dedit II. — 3 Q U I E T A E O T T.

253 Vindonissae rep. 1837 in sepulchro 'links an der Strasse von Königsfelden nach Windisch auf der sogenannten Breite' *sched. Orell.* Nunc Turici in bibl. civium.

*m ? i* V L I O M F  
*se* R · M A X I M  
*a* G V S T O  
*nem* I E T O M I L  
*leg* I · C · P · F  
 5 D V I I I · S T R V  
 // // // // V S  
*ve* G E T V S M I L  
*le* G · E I V S D E M  
*h* R E S · E I V S · F E C I *sic*

*ascia et circinus*

Descripſi. Stäbli in epistolis soc. Turic. d. 6 Dec. 1837 (I, 111); Orell. ... = 243, in cuius schedis praeterea reperi; Meyer Gesch. der Leg. p. 156.

254 Gebensdorf in angulo turris *Grut. Guill.* ibidemque adhuc extat, quamquam a sciolo nescio quo quibusdam locis corrupta.

M · M A G I V S · M · P O B · M A C  
*sic* C A V S · V E R O N A · M I L · L E G X I C P F  
 7 M A R C I · M O D E S T I A N N X X X I I I  
 E X T E S T A M E N T O H · F · C  
 5 L E N N I V S S E C V N D V S  
 Q R O M A N I V S V E R E C V N D V S  
 H S E

Descripſi. *Grut.* 551, 10 a Stuckio; Guillimannus Habsburg. p. 35 et epistola eiusdem a. 1602 scr. apud Hagenbuch. ep. ms. 1738, 16; Scheuchzer it. 1705 p. 327 q. v.; Hagenbuch qui habuit ex cod. Ottiano et descripsit bis 1727 et 1744 cod. 284 p. 75 cf. ep. ms. 1722, 23 (ab Hagenbuchio Schelhorn amoen. VII, 47 et Schmid 1760 p. 94); Gerbert p. 17. 18; Donat. 291, 7 a Schmidio; Orell. 447 = 254; Meyer Gesch. der Leg. p. 156.

255 Königsfelden. Videtur interiisse.

L · TITENNIVS · L · F ·  
LEMONIA · VIC ·  
TORINVS · BONO ·  
MIL · LEG · XI · C · P · F ·  
5 7 VALERIANA ·  
ANNOR · XXV ·  
STIPENDIOR · V ·  
H · T · F · C

Breitinger in Schelhorn. amoen. litt. VII p. 49 a Scheuchzero (inde cod. Zollerii p. 608; Bochat I, 390; Gerbert p. 19); bis descriptis Hagenbuch a. 1727 et a. 1744 cod. 285 p. 85 (ab Hagenb. Schmid 1760 p. 94, cf. Hagenbuch ep. ms. 1759, 210; Donat. 303, 3 a Schmidio); Orell. 446 = 252.

1 TITINNIVS Hag. I. — 3 TROINVS BON · Breit. — 5 7 om. Breit. — 6 ANNORVM Hag. I. — LVI pro V Breit.

256 eruta 1599 Altenburgi in angulo Vindonissae ad Arulam *Grut.* hanc nuper apud Campum Regis ex Altenburgo haut multo ante adlatam, cum rusticus, qui ibi habet, hortum moliturus eruisset, exscripsimus. In ea qui characteres innovare conati sunt iam quaedam corruerant *Guill.* Videtur interiisse.

C · VALERI  
VS · C · F · VOL  
CAMPANVS  
VIENNA · MIL  
5 LEG · XI · C · P · F  
...OLNI · ANNO...  
STIP · XI · T · F · i  
C · COMINIVS  
NEMAVSVS h  
10 F · C

*Grut.* 564, 4 a Io. Gulielmo Stuckio; Guillimann. Habsburg. p. 35; Donat. 307, 2 ex schedis Gnocchii pessime; Orell. 445 = 251.

3 CAMPANA *Grut.* — 5 G · P · F *Grut.* — 6 ... OLNI ... ANNO · XI *Guill.*; c//NI ANNO// *Grut.* — 7 STIP · XI · T · FE *Guill.*, H · P · XV · // // // // *Grut.*; emend. Hag. — 8 c//OMINIVS *Grut.* — 9 NEMAVSVS *Grut.*, NEMAVSYS F *Guill.*; emend. Orell. — 10 /F · C *Grut.*

257 in castro diruto Vindonissensi ad Arolam prope Brugsito Altenburg dicto, fragmentum *Stumpf.* Hanc requirens aedibus novis rusticis ibi factis nihil nisi ab interiore parte ostii supra limen hanc notam 7 deprehendit *Simler.* — Male Badensibus titulis hunc inseruit *Rappenegger* *Inschr. von Baden* p. 4. — De fragmento altero: 'Haec fragmenti pars seorsim iacebat anno dñi 1535, sed postea per lapidas diruta, sicut et aliae ibidem plurimae inscriptiones cum villici domus conderetur' *Tschud. cod. S. G. 1083.*

L · VECNA <sup>ti o l. f.</sup>  
POL · MAXIM <sup>o d</sup>  
FOR · COR · MIL · L <sup>eg</sup>  
XI · c · P · F · 7 GVSOR;  
5 ANN · XLVIII · STIP  
H · S · E ·  
G · ROSCIVS · OM <sup>ut</sup>  
LVS · HER · FAC · C <sup>ur</sup>

*Stumpf* cod. 47 p. 104, ed. VII, 11 a quo pendent reliqui: *Tschud. cod. S. G. 1083* p. 75, cod. 105 f. 8. 87, ed. p. 143; *Simler* cod. 102 f. 24; *Guillimann. Helv.* p. 25, *Habsb.* p. 34; *Grut.* 567, 2 e *Stumpfio* et *Guill.*; *Plantin.* 1656 p. 278; *Mur. app.* 6, 10; *Gerbert* p. 18; *Orellius* omisit.

4 g *Stumpf.* — *Tschudiana* supplementa quamvis tanquam ex lapide sumpta proferuntur, tamen falsa esse apparet; sunt autem haec: 1 TIO, 2 o DO, 3 EG, 4 I V · (voluit I VIXIT, quod proposuerat St.), 5 XX, 7 PHA, 8 VR. In cod. S. Gallensi eadem leguntur, reiectis iis quae primum proposuerat 1 TIVS vel L · F, 2 VS vel VS DOMO, 4 I VIXIT.

258 Vindonissae prope parochi aedes in aedibus privatis textoris cuiusdem supra ianuam. Secunda pars ibi pro limine est, sed iam detrita tota.

T V I E;  
SER · FE  
CL · A · M <sup>il leg xi</sup>  
C · P · F · D ·  
5 I / I · Q V I <sup>vixit</sup>  
ANN · X <sup>x mil. a.</sup>  
XVIII · <sup>h s. e.</sup>  
C · CRIT  
H · <sup>f c</sup>

Descripti indicatam a Kellero.

259 litteris pulchris, Windisch rep. in vetusto aedificio deiiciendo, mox iterum in muris abscondita *Hall*.

.....  
 MIL · LEG · XXI  
 RAPACIS  
 ANNOR · XLIII  
 STIPEND · XIX  
 5 .....  
 H e R E D E S  
 F A C · C V R  
 H · S · E

Haller II, 380.  
 6 HAEREDES Hall.

260 Königsfelden rep. 1809.

LEGIONIS XI

Haller II, 394.

261 Vindonissae rep. 1852. Extat Turici in antiquario.

n G O T I A t o r e s  
 ? sals A R I · L E C u m i n a r i ?  
 c i V E S · R C m a n i  
 S O V

Descripseri et edidi Bull. dell' Inst. 1852 p. 106.

262 Vindonissae in coemeterio *Stumpf*.

CLAVDI

*Stumpf* cod. 47 p. 103, ed. VII, 11; inde reliqui: *Tschudy* cod. 105 f. 8. 87, ed. p. 142; *Simler* cod. 102 f. 23; *Orell*. 444 = 248.

263 Vindonissae in pariete domus rusticae *Stumpf*, in coenobio Campiregio; apparet trophaei fragmenta esse *Siml.*, de hoc et n. 264 et 265.

C A L O  
 V I I C  
 O · I

Duo exempla extant: *Stumpfii* cod. 47 p. 103, ed. VII, 11 (inde *Tschud.* cod. 105 f. 9. 87, ed. p. 143; *Simler* cod. 102 f. 23; *Orelli* 444 = 250) ipsiusque *Simleri* l. c.

1 o om. St. — 2 c om. St. — 3 i · o St. ed. err. typ.

264 Königsfelden (v. n. 263).

I O M I I

*Simler* cod. 102 f. 23. — Fuitne Iovi optimo maximo?

265 Königsfelden (v. n. 263).

I M · I  
 F O · L E

*Simler* cod. 102 f. 23.

266 in lapide non laevigato, qui pro termino videtur fuisse, Vindonissae in campis.

/// R

Descripseri indicante *Kellero*. Ut reciperem fecit eiusmodi litterarum in saxis terminalibus insculptarum summa raritas, quam miramur gromaticos legentes.

## XXII. Zurzach.

267 Zurzach fragm. in pariete templi parochialis *Stumpf*. Der stein ist enzwey gebrochen. Ist das grösser stuck ussert by der thür der pfarrkirchen in die Muren gesetzt, daz kleiner teil lag Anno dñi 1535 als ich dero Zitt landtvogt zu Baden was, uff der erden by herr Jacob Edlibachs dero zit propst zu Zurzach hussthür, ist bald darnoch uss unachtung und unverstand des volcks vermuert oder zerschlagen worden. Von mir eigentlich abgeschriben. *Tsch.* in Gall. com. similiterque in cod. S. Gall. solitis nugis. Fragmentum *Stumpfio* visum adhuc extat loco antiquo.

1 · F · VOLT · CERTO  
I · E · N · V · E · T · E · R · A · N  
XIII · G · E · M · I · N · A · E ·  
E · T · A · M · I · A · N · T · H · V · S  
5 E · R · E · D · E · S · F · E · C · E · R

Descripti. *Stumpf* cod. 47 p. 104, ed. VI, 5 (inde *Simler* cod. 104 f. 34; *Grut.* 571, 10). Auctiorem exhibuit *Tschudi* cod. S. Gall. 1083 p. 76, cod. 105 p. 4. 83, ed. p. 137 (inde *Simler.* cod. 102 f. 15; *Guillimann.* p. 35; *Grut.* 548, 7 ex *Guill.*; *Mur.* app. 6, 9; *Donat.* 289, 1 ex schedis *Gnocchii*). Ex lapide rursus descripserunt *Hagenbuch.* a. 1728 (cod. 286 p. 326 cf. p. 339); *Calmet* p. 129; *Orellii* amicus 453 = 260; *Meyer.*

1 ex hoc cognomine Zurzacho oppido finxerunt nomen *Certiaci*. — 2 *VIEN* *St. Calm.* — *Tschudiana* supplementa pro veris vulgata haec sunt:

M · I · V · N · I · O  
D · O · M · O · V  
MIL · LEG ·  
C · E · R · T · V · S ·  
P · I · I · H · A

In cod. *Sangall.* eadem minusculis scripta proferuntur ibidemque pro *PII*, quod deletum est, emendatum est *EIVS*.

268 reperit *Ioh. Iac. Aklin* praefectus (Stiftsamtmann) Zurzacensis († 1690) in hortis quos sibi fecit ad castrum Zurzacense quod dicebatur *Sidelle*, postea *Mandach* sched. *Aklini* et anon. apud *Hag.* p. 339. ibidem extat in hortis ad portam muro inclusa *Hag.* Nunc in hortis *Schaufelbühl*.

Q · V · A · L · E · R · I · V · S  
Q · F · F · A · B · L · I · I ·  
E · N · S · B · R · I · X · A · sic  
M · I · L · L · E · G · X · I · C  
5 P · F · 7 · A · T · T · I · E · N · I  
M · A · X · I · M · I ·

Descripti. Sched. *Aklini* apud *Schaufelbühl*; *Hagenbuch* cod. 286 p. 337 qui et ex cod. *Ott.* habuit et vidit ipse a. 1728; *Calmet* p. 131; *Leichtlen* *Schr. der Freiburger Ges.* I, 57; *Orell.* 454 = 261. Descripsit *Meyer.*  
2 *LIB* priores, ex coniectura.

269 rep. ante a. 1690 in hortis *Aklinianis* ad Zurzach una cum n. 268, quacum migravit ad *Schaufelbühl*.

V · G · I · A · C · V · S  
F · P · O · L · I · A · S · V · P · E · R  
L · E · N · T · I · A · M · I · L · E · S  
X · I · C · P · F · 7 · S · A · E · N · I  
5 I · M · I · A · N · N · O · R · V  
V · V · V · I

Descripti. *Schedae Aklinianae* apud *Schauf.*, quas expressit *Calmet* p. 131; cod. *Ottianus* apud *Hagenb.* cod. 286 p. 341; *Hagenbuch* qui vidit a. 1728 l. c.; *Leichtlen* *Schr. der Freib. Ges.* I, 37; *Orell.* 455 = 262; *Meyer.*

1 .. *DVGIACVS* *Aklin* male; ... *VGIACVS* reliqui. — 3 *POTENTIA* *Aklin*, *POLENTIA* *Ott*, *PO·LENTIA* *Hag.*, reliqui om. po. — 4 in. *LEG* addunt *Aklin*, *Ott*, *Hag.* — 5 in. *MAX* addunt iidem. — 6 *XXXV* *Aklin*, *XXXV·TIB* *Ott*, *XXXV·STIP* *Hag.*, om. reliqui. — Antiquus descriptor quae addit, ex supplemento proficisci inde patet quod deficiunt in iis quae coniectura assequi non potuit cognominis initium et patris praenomen; idem probat v. 6 lectio sensim nescio quomodo aucta et lapidis vestigiis contraria.

270 in castro prope Zurzach et rep. et servata cum n. 268. 269 *Hag.*

.....  
..... OR  
P · R · O · C · .....  
.....

*Aklin* memorat. *Hagenbuch* cod. 286 p. 343 et ex cod. *Ott.* et vidit a. 1728; *Orelli* 456 = 263.

1 *OA* *Ott.* — 2 *IROC* *Hag.*

XXIII. *Stein am Rhein.*

271 rep. Burg e regione Stein oppidi a. 1741 in coemeterio una cum fundamentis aedificii; statim fracta interiit.

FLVM RIENO  
PRO SALVE  
Q · SPICR CRN

Servaverunt cod. Breitingermanus bibl. civ. Turic. S, 298 et Hagenbuchianus n. 283 p. 347 eodem exemplo, sed Hagenbuchianum paulo neglegentius scriptum est. Inde Orell. 469 = 277.

1 ILVM traditur.

272 Burg ad Rhenum e regione oppidi Stein in pavimento chori ecl. parochialis lapides duo olim iuncti pedum contactu valde attriti *Stumpf* similiterque posteriores. Nuper demum lapides translati sunt in castrum Steinegg (Thurgau) Zeerlederi.


	IMP · CAES · GAIVS ·	///	///	///	///	///	///
	MAX / TRIB · P · P ·	///	///	///	///	///	///
	///	///	///	///	///	///	///
	/// P · P · PROC	///	///	///	///	///	///
5	///	///	///	///	///	O/V	///ISS
	///	///	///	///	///	TASC	C · SVMTV SV
	///	///	///	///	///	E F I D E	///

Contuli. *Stumpf* cod. 47 p. 107, ed. V, 14 (inde *Tschud.* cod. S. G. 1083 p. 68. manu *Stumpfii*, p. 69 manu sua, cod. 105 f. 4 manu priore, *Simler* cod. 104 f. 26, *Grut.* 1021, 5 e *Stumpfio*). Deinde cum *Tschudius* diligenter, ut ait, considerasset (v. epistolam eius ad *Simlerum* cod. 102 f. 36 editam *Archiv f. schweiz. Gesch.* Zürich 1846 IV p. 168), suum typum protulit, si quidem dignus fuit quem sibi vindicaret, cod. 105 f. 4 manu secunda, f. 82, ed. p. 135, unde pendet *Guillim.* p. 95 qui supplevit, ex hoc *Grut.* 188, 7 et *Haller* I, 58 = 66. *Hagenbuchius* et ipse descripsit a. 1727 (cod. 283 p. 340) et habuit a *Schennisio* (l. c. p. 341) et a *Blauro* (l. c. p. 345); unde pendent *Puppikofer* *Gesch. des Thurgaus* (1828) I Nachw. p. 8 et *Orell.* 468 = 276. *Donat.* 96, 3. 211, 4, ex schedis *Gnocchii* dat solum v. 1. Typos priorum auctorum adscribam:

	<i>Stumpf:</i>	<i>Tschudy:</i>	<i>Hagenbuch:</i>	<i>Schennis:</i>	<i>Blaurer:</i>
I.	IMP · CAES · CAIVS MAX · /// TRIB · P · P ///	IMP · CAES · CAIVS MAXI · TRIB · P · P .....	IMP · CAES · CAIVS ..... TRIB · P · P ... .....	IMP · CAES · CAIVS MAX TRIB · P · P · RC · R · N · N D PP · PROC D V A P · KSC D IDE	IMP · CAES · CAIVS · RIB P P · B D P OC M SC DE
II.	deest.	deest.	SS TVSV	V D VIC O SS O VMTV · SV	IC SS VSV

Qui ad *Caligulam* referunt, ante si possunt doceant ea aetate praenomina in publica praesertim inscriptione omnibus litteris scripta inveniri. Cogitandum est potius de *Diocletiano* et *Maximiano* videturque titulus omnino simillimus fuisse *Constantiensi* n. 239, ut lateat fortasse v. 6. 7 *muros portasque ... sumtu suo ... refecerunt ... et idem ...*; *Steinii* moenium Romanorum vestigia ampla extare notum est.

273 in tabula latericia olim, cum integra fuit, semicirculari. Crassa est metri Gallici centesimas 7; summa altitudo fuit olim cent. 37, cum radius circuli cuius segmentum repraesentat comprehendat cent. 48 $\frac{1}{2}$ , latitudo cent. 94, sed fracta ab operariis tabula atque adhibita ad aliud opus, ut demonstrant calcis vestigia quae tribus locis adhuc ei inhaerent, iam ad tria quae habemus fragmenta redintegranda desideratur et principium, quocum periit primi et secundi versus pars fere tertia, et ima pars tota. Elementa qui scripsit, virgula parum acuta ea exaravit in creta sicca iam neque scribendo satis apta. Reperta est Untereschenzi (Thurgau) in sepulcro, sed loco non suo; in quo sepulcro quae continebantur, delineata extant in tabulario nostro (Zeichn. der ant. Ges. I, 72–76) commemoravitque ea Keller Mitth. der a. G. III, 31. Lateres extant in castro Steinegg apud Zeerlederum, qui nobis misit ut ligno eos incidendos curarem.



..... c<sup>2</sup>eanun<sup>1</sup>i inter<sup>2</sup>ea  
 ..... s..<sup>2</sup>emsainareliquid  
 ..... s.ua ..<sup>2</sup>uaeso  
 ..... t<sup>2</sup>...m<sup>2</sup>  
 .....

Diligenter expressi adiutus a Kellerei mei perita patientia. Edita est Schweiz. Geschichtsf. VII, 302.

1 litterae superne imminutae sunt creta in margine cultro resecta. — 3 post *ua* quod superest in tabula spatium nunquam videtur scriptum fuisse. — Quid subsit, non satis assequor. Litterae pleraeque satis clarae et certae sunt; cum tamen similis figurae similisque argumenti monumentum argillaceum adhuc nullum quod sciam prodierit, Eschenziani autem non exigua pars desit, coniecturis adhuc abstinendum esse apparet.

#### XXIV. Schleithem.

274 Vorholz prope Schleithem (Schaffhausen), destinata, ut ait Wanner, museo hist. nat. Schaffhausensi, sed videtur periisse ante quam ei inferretur. Ego et Schaffhausae et Schleitheimi diligenter, sed frustra quaesivi.

..... C · I · SPIN THER  
 n A T I O N E M A C E D O N u M  
 H O M O C A R · C E n T ... X X X I V ... a N N O S  
 D · III

275 Hinter Mauern prope Schleithem (Schaffhausen).

*imago*

V E . . . S G . . .

Wanner p. 4 ex ore rustici qui reperit; cogitatque bonus homo de Venere Genetrice.

Wanner p. 21, cuius inficeta supplementa consulto retinui. Sane latebit v. 2 M · L E G · V. (pro quo legit ATIONE) MACEDON, v. 3 fortasse DOMO · C A R T H A G I N E.

XXV. COLONIA AVGVSTA RAVRICA (*Basel-Augst*).

*Acc. Basilia (Basel), Kaiser-Augst, Liestal, Waldenburg.*

276 parva basis aerea, cui olim sigillum infixum fuit, rep. Wallenburg sive Waldenburg (Baselland) a. 1788. 'Schreiben von Wallenburg zeigt an, dass unlängst in der Griengrube bei Waldenburg, das Anrisslin genannt, bei Herunterschaffung des Griens an dasiger jähre Halden in verschiedenen Malen einige antique Bilder von Erz als ein Mercurius, zwei Minerven gefunden worden seien, und zwar eines mit Inschrift — welche anmit eingesandt werden' *acta publ. Basil.* 28 Mai. 1788 apud Vischerum p. 9.

TAVRICVS  
CARATI  
DE SVO · D · D ·

Contuli. Lutz neue Merkw. II, 114; Vischer über einige Gegenst. p. 9 sq.; aere expressit idem Mitth. der Ges. f. vat. Alt. von Basel V tab. 2.

277 intra moenia Rauricae rep. auctumno a. 1837, deinde illata museo Ioh. Iac. Schmid (nat. 1794, ob. 1849).

... m e r c u r  
... minuci ... mi NVCI · ATTI  
ani ... ILI · QVIR · MES  
salla ... AELO · EX · VOTO  
5 quod p ATER · EORVM  
s / SCEPERAT

Descripti. Roth n. 19; Orell. ... = 299 et schedae eius; Zeichn. der a. Ges. II, 95. IV, 18.

278 Augst rep. 1742; mox Basil. apud Huberum *Bruckn.*

A N // // // //  
A X // - / - / I //  
R E G A L I //  
A R A M C V // //  
5 M // E // E X V //

*Bruckner* p. 3073 aere expr. (inde Roth n. 6; Orell. 424 = 287).

279 Augst mus. Schmid.

e T D I E N S X A  
V E T A E R A N V S  
M I L I T A V I T I N  
L · P M · S I C

Descripti. Roth n. 15; Orell. ... = 295 et sched. eiusdem; *Hardmeier* Zeichn. der a. G. IV, 19.

1 xxv Roth, xxns *Hardm.*, xx ... sched. Orell. et ego.

280 Kaiser-Augst, mus. Schmid.

N o  
M I L  
c o h O R T I  
S T I S I I

Roth n. 27; Orell. ... = 305. Descripsit etiam Meyer.

281 an der Stadtmauer in Augst, an derjenigen Stelle welche *Bruckner* mit B bezeichnet ist auf meine Kosten gegraben und eines der kleinen Eingangthore in die Stadt gefunden worden. Das Gewölb liegt zertrümmert im Thorweg und unter diesen Trümmern eine Marmorschrift, aber noch nicht vollständig; ungefähr so: *Schmid.*

<i>Schmid:</i>	<i>Roth:</i>
R E I P V B L P · D N A T	//REIPVBL //PIP//NAI//
	(E) (PC)

*Schmid* 1 Febr. 1843 (Corr. der a. G. III, 124); Roth n. 26.

282 Aug. Raur. nuper a rustico rep. et ad Faeschium adlata *Patin*; in museo Faeschiano *Huber Hagenb. Bruckn.*; inde ab a. 1823 in bibl. publ.

T I O · Q V i r  
m e t ? E L L O · F L A m i n i  
V I R O · C l o n  
p A T R O N o

Descripti. *Patin* p. 141 aere expr. (inde *Schoepflin* Als. I, 585); *Huber* in epist. ms. *Hagenbuchianis* 1737, 32; *Hagenbuch* cod. 283 p. 289 q. v.; *Bruckner* p. 3071 q. v.; Roth n. 5 q. v.; Orell. 423 = 286.

283 epistylli fr. duo, Basel-Augst apud Io. Iac. Schmid.



Descripsi. Roth n. 13; Orell. ... = 293 et schedae eiusdem; Trouillot mon. de l'hist. de l'évêché de Bâle (Porrentruy 1852) p. XXXIII n. inde citat ROM · ET · AVG.

284 Aug. Raur. rep. et a Theodoro Zwingero domus suae interiori parieti affixa *Zwingeri* ep. (1616) et *Russinger* (1620). Ibidem — in aed. Harder *Hag.*, in aed. Preisswerk *Bruckner* — mansit, donec a. 1818 illata est in bibl. publ. Basil.

protome     protome  
              rupta

D · M

ADIANTONI TOV Tn f

ET · MARVLIN MARV

LI · CONIUGI ADLED

5     us et ADNAMTVS

fili EORVM P · C

Descripsi. Th. Zwingeri exemplum a. 1616 confectum ex epistola eius apud Andr. Zwingerum diac. Leonhardinum accepit Hagenbuch cod. 283 p. 295 autographum; idem fere exemplum edidit Russinger de vet. Bas. (1620) p. 36 et periph. (1628) in fine. Postea descripserunt Hagenbuch cod. 283 p. 295; Bruckner p. 3069 aere expr.; Roth n. 4 · Orelli 422. 5060 = 285.

Dabo integram v. l. Zwingeri ms. — 2 TOVT // Zw. — 3 MARVLLAE MARV Zw. Videtur fuisse MARVLIN MARV; plura supplere vetat spatium. — 4 LI CONIUGI Zwinger; puto fuisse LF. — 5 ADNAMTVS Zw. — 6 ET EORVM P · C · Zw.; hodie non apparet nisi VM. — Lege: *Dis Manibus Adiantoni Touthionis filio, et Marulinae Maruli filiae coniugi, Adledus et Adnamtus filii eorum ponendum curaverunt.* Nisi praestat utroque loco filio et filiae Graeca ratione supplere cogitatione, ut legitur infra n. 290 *Blandus Vindaluconis.*

285 Basileae 'gef. Oct. 1838 beim Abbrechen des Spahlen-schwibbogens' Gerl.; extat in bibl. publica.

pate { RNO · DEC } omn. hon.  
ap { VD · SVO S } functo  
P

Descripsi. Gerlach Schweiz. Mus. II, 335; Roth n. 24; Orell. ... = 303.

286 litteris barbaris et evanidis; Augst mus. Schmid.

Q M

XETERE

XEMAA

E // // // //

5     Q O M V S

Descripsi. Roth n. 18; Orell. ... = 298 et sched. Orell.

287 Basileae 'hinter der Münsterkirche gef. 25. Juni 1837' Gerl.; extat in bibl. publ.

D M

M · A T T O

N I O A P

R O N I A

5     N O · L · C A

R A S S O V

N I V S · P A N

T V R O F R A T

Descripsi. Gerlach Schweiz. Mus. II, 334; Roth n. 23; Orell. ... = 302.

288 rep. Aug. Raur. 1843/4, extat ibi in hortis Schmidii.

D M

P AVLIO MEMVSO

PRITTVSA LIBERI sic

FRATRI PIENTIS

5     S I M O

P C

Descripsi. — 3 PRITTVSA potius quam PRETTVSA. — LIBERT lapis non admittit.

289 litteris pessimis Basileae 'hinter der Münsterkirche gef. 25. Juni 1837' Gerl.; extat in bibl. publ.

	D M
laterculus non scriptus.	BELLINVS
laterculus non scriptus.	DIVIXT
	FILIO

Descripsi. Gerlach Schweiz. Mus. II, 334; Roth n. 21; Orell. ... = 300.

290 Basel-Augst, rep. 1803 ad introitum vici in via publica e regione hortorum Ehingerianorum *Parent*, in quibus adhuc prostat; protome viri quae sub titulo conspicitur, antiquitus ad eum nulla ratione videtur pertinuisse. — Rapperswyli (Aarberg, Bern) ad ingressum aedium parochi a sin. olim extitisse, deinde ingressu clauso sub tectorio delituisse neque postea reperiri potuisse longa nugarum serie narrat *Iahn*, quam unde petierit ipse videat.

B L A N D V S · V I N  
D A L Y C O N · H I C · S · E ·  
F I L I · P R O · P I E T A T E · P O S I E R

Descripti. *Parent* (1804) p. 37 et ms. *Sal.* p. 55; *Roth* n. 10; *Orell.* 5061 = 290; *Iahn* Bern p. 352. — Hic sic edit: BLANDVS VINDELICVS VIR CONSVLARIS HIC SITVS EST FILII SVI PIETATE POSVERVNT. Nempe ita fere interpretatus est apud Parentum d'Annone Basileensis.

291 in lapide Aug. Raur. rep. 1843/4; extat apud Schmidium.

*<1120(11111111) / (1) S S*

Clarkius qui descripsit dedit *Rothio*, *Rothius* mihi. — Lectio non satis certa est; temptavi *CHROLIHNENSIS* OSS, id est *Ceroliensis ossa*.

292 rep. ad Basel-Augst 1800, deinde Basileae apud *Burckhardt-Wild*, nunc in museo.

D · M ·  
C O C V S I A E  
M A S V C I A E  
C O C V S I A E V  
T Y C H I S  
L I B · P I I S S

Descripti. *Miserunt* *Ritschl* et *Th. Burckhardt*.

293 rep. 1768 prope *Liestal*, deinde *Basil.* apud *Brucknerum Schm.* In mus. publ. *Basil.* tamen haec non videtur pervenisse, cum a. 1778 *Bruckneriana* ei inferebantur.

D · M  
C · I N D V T I S A  
L V S T I A N I C  
V I C T O R I N I  
C O N I V N X

*Schmid* 1771 p. 56; *Lutz* neue *Merkw.* II, 6 ex *Schmidio* fortasse; ex his *Roth* n. 9; *Orell.* 431 = 289.

Lacunae notam apposui. — 3 VICTORIN *Lutz*.

294 Basel-Augst ad introitum oppidi *Basileam* versus in fundo *Langendorf* rep. 29 Mart. 1842, extat in museo antiquariorum *Basil.*

M A R I N I  
C O S S I  
F I L I O A T T I I

Descripti. *Roth* n. 25; *Orell.* ... = 304.  
3 lege *M III*.

295 *Basileae* 'hinter der *Münsterkirche* gef. 25. Juni 1837 *Gerl.*; extat in *bibl. publ.*

D · M  
M A S V C O ·  
N I L I I F R A T

*Contuli.* *Gerlach* *Schweiz. Mus.* II, 334; *Roth* n. 22; *Orell.* ... = 301.

296 rep. 1767 *Munzach* prope *Liestal* in aede *S. Laurentii* deiicienda *Bruckn. Wall.*; deinde apud *Brucknerum*; inde ab a. 1778 in *bibl. publ. Basil.*

P R I M A · C · C O T E I  
L I B · A N N · X V I · E T  
S O R O R · I L L A E V S  
A R A V R I C A · A N N I C  
E T · M E N S · V I · H · S · S  
P A T R O N V S P O

*Contuli.* *Cod. Wallier* p. 287; *Schmid* 1771 p. 55 q. v.; *Bruckner* *Forts. der wurstisenschen Chronick* *Basel* 1772 *Vorr.* p. 4 et tab.; *Lutz* neue *Merkw.* II, 6 a prioribus; *Gerlach* *Schweiz. Mus.* II, 342; *Roth* n. 8; *Orell.* 432 = 288.  
*Mihi* est *Araurica* (cognomen, minime a *Raurica*) soror *illius*.

297 Augst mus. Schmid.

/D M  
 TERN A  
 MEMOR  
 SABIN V  
 5 VIX ANN  
 LXV

Descripti. Roth n. 16; Orell. . . = 296 et sched. Orell.

298 lapidem 5 pedum altitudinis latitudine duorum sequenti inser. signatam Aug. Raur. paullo antequam appellere-  
 mus ab hospite Lutzellmanno ex profunda terra erutum  
 reperi d. 1565 Mart. 10 ex comitiis Helveticis Bade-  
 nam rediens' Brand. Eadem narrant, diem eundem  
 easdemque mensuras indicantes Simler et Tschud., ad-  
 dunt lapidem undique fractum fuisse et Tettnangum  
 eum abstulisse comitem Ulricum Montfort. Wurtem-  
 bergicorum tamen scriptorum nullus de hoc titulo verba  
 facit; vide quae diximus ad n. 240.

IIIIIONIS ·  
 OMVIII · F ·  
 OCCISSI IN  
 VOCRVLLO  
 5 VISVRIX  
 MA TER P · C ·

Bernardus Brand senator Basil. descripsit; non tam primus,  
 ut recte iudicat Huber, quam solus. Ex schedis eius auto-  
 graphis servatis in bibl. publ. Basil. Huber misit Hagenbu-  
 chio ep. ms. 1739, 17. Memorat Petrus Pithoeus in epist.  
 ad Ios. Simlerum Basilea scripta XIII kal. Sept. 1570 (vide  
 supra ad n. 181), ut tamen non liqueat utrum a Simlero  
 Amerbachius habuerit an ab Amerbachio Simlerus. Exhibent  
 exemplum Brandianum praeterea Simler cod. 102 f. 42 (inde  
 Plantin. 1656 p. 309, ex hoc Schoepflin Als. I, 460); Tschud.  
 cod. 105 p. 109, ed. p. 223; Urstis. app. p. 28 (inde Reines.  
 12, 65; Roth n. 1; Orell. 422 n. = 284). Pendent ex iis-  
 dem Russinger de vet. urbis Bas. p. 35; Wagner ed. 1 p. 24;  
 qui a Theodoro Zwingero descriptam ait, male exscribens  
 Russingerum.

V. l. afferre non iuvat, cum Brandii exempla Huberianum et  
 Simlerianum plane consentiant, nisi quod I IIITONIS Siml. —  
 5 BIORIX Pithoeus in epist. supra citata, errore memoriae  
 ut videtur. — 6 MALER Brand; emend. Siml. — Ceterum  
 vix fracta est; fuerit fere: *Tettonis Omulli filii occissi in  
 Vocrullo; Visurix mater ptonendum curavit*. Vocrullus mihi  
 nomen est montis.

299 Augst mus. Schmid.

men) RIAE  
 acter) NAE  
 IVS  
 TALE  
 5 AVIB sic videtur  
 AE  
 IIX

Contuli. Roth n. 17; Orell. . . = 297 et sched. Orell.

300 Augst gefunden 1803 beim Tempel auf der Grünmatte,  
 jetzt zu Basel bei Dietrich Forkart-Merian.

Roth: Parent:  
 L · FIL · Q L · FIL · QV<sup>ir</sup>  
 FA · ET TA · ET

Parent ms. Salod. p. 30; Roth n. 12; Orell. . . = 292.

301 Augst rep. cum n. 300.

M · I  
 VAS

Parent ms. Salod. p. 30.

302 Augst mus. Schmid, duo fr. eiusdem tituli.

CA M  
 STI · O  
 PERE SPINO  
 CAS M  
 5 COIV

Contuli partem quae incipit CA. Roth n. 14; Orell. . . =  
 294 et sched. Orell.In parte altera post 2 v. vac. habent sched. Orell. — 3  
 . . PINO sch. Or. — 4 om. sch. Or.

<p>303 columna evanida rep. . . . .          prope Basileam a. 1751 . . . . .          im Hardtwalde dicht am . . . . .          Rhein Krenznach ge- . . . . .          genüber', postea Basi- . . . . .          leae in hortis Bruckneri . . . . .  <i>Bruckn.</i> In museo publ. . . . .          non reperitur. . . . .</p>	<p>DEZ          ONVN          OSSIS</p>	<p>Bruckner in schedis apud Hagenbuch. cod. 283 p. 333, ep. ms. 1751, 21 et apud Rothium n. 7, item in libro ed. p. 2845. Orell. 430 ed. 1 male; in ed. 2 deest.          Ed. sic, ex geminatione typorumque inopia:          OT          OE          ONVN          ossts 'ossts vel ossis vel ossts' Bruckn. ap. Roth.</p>
---	---	---

304 fragmenta Augustae Rauricae reperta.

1 beim Heidenloch 1803 gef.  
 QV  
 vRA  
 Parent p. 30 (cod. Sal. p. 55), inde et ex schedis eiusdem Roth n. 11 cf. n. 2 f.; Orell. . . . = 291.  
 rA Par. ed.  
 2 in Schönenbühel 1850.  
 IIIAE  
 Descripsit Roth.  
 3 fragm. marm., extat Basil. in museo.  
 DVS D  
 POI  
 Descripsi.  
 4 in theatro rep. *Amerbach.*  
 MO  
 Ex schedis Amerbachii Schoepflin Als. I, 167; Bruckner p. 2801; Roth n. 2; Orell. 420 ed. 1 (in ed. 2 deest).  
 5 in theatro rep. *Amerbach.*  
 M IVLI  
 Ex schedis Amerbachii (c. 1585) Patin p. 144 aere expr.; Schoepflin Als. I, 167; Bruckner p. 2801; Roth n. 2; Orell. 420 ed. 1 (in ed. 2 deest).

6 rep. 1803.  
 IVLI  
 Parent p. 9 (cod. Salod. p. 55), inde et ex schedis eiusdem Roth n. 11; Orell. . . . = 291.  
 7 in hortis Schmidii, litteris cubitalibus, olim aereis, duo fragmenta.  
 VGV  
 Descripsi.  
 8 in museo Schmid.  
 JL  
 CISA  
 Dedit Meyer.  
 9 in museo Schmid.  
 RIL  
 CC  
 Dedit Meyer.  
 10 in hortis Schmid.  
 ADVL  
 Dedit Roth.

305 Kaiser-Augst in lapide magno.

VAL  
 Roth n. 27.

306 Basileae rep. 1851, extat in museo.

VIR  
 Descripsi.

307 Kaiser-Augst rep. 1840 adhibita ad sepulcrum aetatis recentioris. Extat apud Schmidium.

<i>Neustück:</i>	<i>Vischer:</i>
D            M †	D · M · †
III HOC TVMOLO	IN HOC TVMOLO
RE VIISCITBONE	REQUIISCIT BONE
P    PIABND O	FAEDND O
5    LVS OVI VIXIT	QVI VIXIT
I N A I I N V S · L V ·	ANNVS · LV
T    ITQVINTODE	ET TQVINTO DE
A N L O C T O P I I S	OCTOBRIS

Duo exempla habui, Neustücki (quod pessime edidit Steiner alchr. Inschr. im Rheingebiete. Seligenstadt 1853 n. 86) et G. Vischeri. Lege: *D. M. †. In hoc tumolo requiiscit bone memoriae Baudo . . llus qui vixit pl. m. annus LV. Deposit. quinto decimo kl. Octobris.*

308 in lapide quo sepulcrum tegebatur, reperto Kaiser-Augst auctumno a. 1840. Extat apud Schmidium.	HIC REQUIISCT R A O O A R A I · N O X	Tria exempla habui G. Vischeri, Neustücki, Rothii; hoc more suo, id est indiligenter edidit Steiner alchr. Inschr. im Rheingebiet n. 87. — 1 REQUIISCT Neust., REQUIISC/T Vischer. — 3 tertium elementum Neust. c visum est, Rothio o vel q, Vischero o vel c. Lege <i>inoxia.</i>
---	---	--

## XXVI. LAPIDES MILIARII.

Lapidum miliariorum intra fines Helveticos repertorum etsi non multi a magistratibus populi Romani positi videntur esse, scilicet ii soli qui primo casu scripti sunt Claudii n. 311, Caracallae n. 322. 335, Severi Alexandri n. 323, Maximini et Maximi n. 324. 325, Gordiani n. 326. 327, tamen reliquos quoque quamvis impensis civitatum et coloniarum tamen iussu populi Romani collocatos esse arbitror, quippe qui in provinciis plerumque ita vias publicas stravisse videatur, ut pro aerario sumptus facerent provincialium per quorum agros via ducebatur res publicae. Placuit itaque hoc capite coniungere quoscunque adhuc terra edidit intra foederis Helvetici fines miliarios vel leugarios titulos, quos ad quinque vias maiores referri posse existimo. Prima est via quae a Seduno ferebat Aventicum; leugae (milia enim nulla hic habemus) videntur numerari ab Aventico; sed tamen numeri adhuc explicari non potuerunt. Altera via a summo Poenino per Octodurum et lacus Lemani ripam septentrionalem Lousonnam usque pergit; milia utroque versus numerantur ab Octoduro. Tertia radit ripam meridionalem lacus Lemani; milia numerantur Genava. Quarta complectitur agrum Noviodunensem numeranturque ut par est lapides a Novioduno. Quinta denique similiter agrum Helvetiorum secat medium a lacu Lemano pertingens ad Vindonissam et sine dubio ultra pergens ad Rhenum usque lacumque Brigantinum; milia vel leugae (utrumque enim genus occurrit) procedunt ab Aventico. — In agro Rauracensi quamquam Augusta tres certe viae exhibant Argentoratum Vindonissam Salodurum, adhuc miliarii scripti nulli inventi sunt et fortasse nulli unquam ibi steterunt. Item in via vel potius in viis quae Como et Mediolano ferebant Brigantiam, nullus adhuc lapis miliaris scriptus prodiit, ut eiusmodi impensae accolarum mediocritas non suffecisse videatur. — Iam praemisso brevi itineralio ordinato, quantum fieri potuit, ad Antoninianum librum et tabulam Peutingerianam, unde sumpti sunt si qui praescripti sunt numeri, proponuntur tituli ita dispositi, ut unius cuiusque viae tituli coniungantur, singularum viarum lapides temporis habita ratione se excipiant. Hodiernae mensurae, quas Kellero acceptas feres, computatae sunt ad horas Helveticas (*Schweizerstunden*) pedum 16000 sive metrorum Gallicorum 4800. Romanorum passus mille efficiunt metra Gallica 1478; leuga Gallica efficit passus mille quingentos sive metra Gallica 2217.

## A. AVENTICO SEDVNVM.

In itinerariis altum silentium est de hac via, quae ipsum summarum Alpium Bernensium iugum aliquo loco transierit necesse est. Probabiliter tamen iungitur cum hac via Sedunensi via vetusta Simploniana, de qua certiores nos fecit titulus rupi incisus prope Vogognam (val d'Ossola) repertus et a Labusio (antica via del Sempione. 1840) editus; similis eius qui extat ad Petram pertusam (supra n. 181):

VIA FACTA EX *dec dec* HS XIII DC p. Chr. 196  
 C DOMITIO DEXTRO II P ..... FVSCO COSS  
 M VALERIO .....  
 CVRATORIB ..... O  
 VENVSTI COM ..... CT  
 MARMOR .....

A. 196 consules ordinarios habuit C. Domitium Dextrum II L. Valerium Messallam Thrasiam Priscum (I. N. 2624); cui anno titulum hunc Labus ita attribuit, ut pro Prisco Fuscum suffectum iudicaret, collato titulo Orell. n. 1404, in quo item legitur *Dextro II et Fusco cos.* q litteram quam ante VIA vidisse sibi visus est Labus, abiiciendam esse apparet. — Numeri leugarum VII et XVII quo pertineant, adhuc plane ignoratur; mensurae enim viae quae nunc ducit Seduno Aventicum per transitum Sanetschii et Amsoldingen et Bernam sunt haec:

<i>Sitten ad Gsteig</i>	hor. Helv.	8
<i>Saanen</i>	»	» 3
<i>Zweisimmen</i>	»	» 2 <sup>7</sup> / <sub>8</sub>
<i>Daerstellen</i>	»	» 3 <sup>6</sup> / <sub>8</sub>
<i>Amsoldingen</i>	»	» 4
<i>Thun</i>	»	» 1
<i>Münsingen</i>	»	» 2 <sup>7</sup> / <sub>8</sub>
<i>Bern</i>	»	» 2 <sup>5</sup> / <sub>8</sub>
<i>Gümnenen</i>	»	» 3 <sup>4</sup> / <sub>8</sub>
<i>Murten</i>	»	» 2 <sup>1</sup> / <sub>8</sub>
<i>Avenches</i>	»	» 1 <sup>6</sup> / <sub>8</sub>

Quare cum Aventicum distet Amsoldingeno leugis c. XXIX (hor. Helv. 13<sup>7</sup>/<sub>8</sub>), Seduno leugis c. LXXVII (hor. Helv. 35<sup>4</sup>/<sub>8</sub>), numeri columnis inscripti AVENT LEVG VII et AVENT LEVG XVII nullo modo admittant eam quam primo intuitu indicare videntur interpretationem, sed alio pertineant necesse est. Mihi tamen non succurrit quod probabiliter proponi posse videatur.

<sup>9070</sup>  
 309 col. mil., Amsoldingen in crypta ecclesiae.

*MPP · D D*  
*GALLO · ET · V*  
*SIANO · P · I* p. Chr. 251/4  
*COS*  
 5 *AVENT*  
*LEVG*  
*VII*

Reperi et descripsi mense Iulio 1853. — Inscriptio integra est, sed pars versus extremos complexa in muro latet neque perficere potui ut lapis extraheretur. Numerus tamen integer est et facile supplentur quae desideramus.

4 fortasse fuit AVENT; Bridelii coniectura AGAVN nullo modo admitti potest. Omnino ut lectio certa est, ita interpretatio desperata. Ceterum hic est unicus lapis leugarius, qui extra Galliarum fines adhuc repertus sit; quo magis certum est in eo indicari Aventicum Helvetiorum, ita enim facile intellegitur qui factum sit, ut in via, cuius caput in Gallia esset, ea quoque parte quae fuit extra fines Gallicos spatia leugis non milibus passuum numerarentur.

<sup>9071</sup>  
 310 trouvée a Sion dans l'ancien ossuaire le 15 Juillet 1817 *Bridel*. Nunc Seduni in curia.

*XII 5878*  
*IIMPP · CCAA*  
*EESS · GALLO T* sic  
*VOLVSIANO* p. Chr. 251/4  
*P · F · AVGG AVEN*  
*LEVG*  
*XVII*

Contuli. Orelli n. 5063 (in ed. 2 deest), cui descripsit Bridel; Osann syll. p. 560, qui vidit; descripserunt praeterea F. Dubois (Corresp. der a. G. IV, 37) et reliquis accuratius F. Keller.

B. { OCTODVRO AD SVMMVM POENINVM.  
 { OCTODVRO LOVSONNAM.

Reperitur in itineraio p. 351 iter a Poenino Viviscum, in tabula totum.

I. a summo Poenino Octodurum

M. P. XXV.

Huc pertinet titulus n. 315 notatus n. XXIII, qui tamen difficultatem facit. Repertus est enim in vico S. Pierre, qui medius fere est inter summum Poeninum et Octodurum; numerantur autem hodie a Martigny ad S. Pierre hor. Helv. 6, inde ad hospitium hor. 3, quae horae 9 aequiparantur M. P. XXIX. Fortasse cum ibi ubi nunc est S. Petri vicus finirent cum via strata et rhedis apta lapides miliarii, visum est ad summum montem usque spatium computare. Quae explicatio eo commendatur, quod in miliaris his Constantinianis numerus plane deesse solet et ex quattuor exemplis, quae ad nos pervenerunt, hoc solum quod ad S. Pierre prodiit numerus monstrat. Quod si ponimus hunc lapidem ultimum fuisse, potuit in eo universus milium numerus notari.

Item titulus n. 316 Martinachi repertus numero carens.

Item titulus n. 312 item Martinachi repertus notatus n. II, qui Martinachiani duo aut Poeninum aut Lemanum versus steterunt.

II. Octoduro Tarnaias

M. P. XII.

Huc pertinet titulus n. 317 ad S. Maurice rep. numero carens.

Tarnaiis Pennelocos

M. P. XIII (XIII); ab Octoduro M. P. XXVI (XXV).

Huc pertinet titulus n. 314 Olloni rep. notatus n. XVII.

Item titulus n. 319 ad S. Tryphon rep. numero carens.

Item titulus n. 313 Villeneuve rep. notatus n. XXVI.

Pennelocis Viviscum

M. P. VIII;

ab Octoduro M. P. XXXV (XXXIV).

Vivisco Lousonnam

M. P. XIII;

ab Octoduro M. p. XLVIII (XLVII).

Huc pertinet titulus n. 311 ad S. Saphorin rep. notatus n. XXXVII.

Item titulus n. 318 prope Cully rep. numero carens.

Ceterum in hoc tractu Vivisco Lousonnam alii lapides videntur stesisse viae Octodurensis, alii viae Aventicensis; ex illo genere est Cullyensis n. 318, ex hoc Paudexensis n. 332.

✓ 311 litteris permagnis et optimis; col. mil. S. Symphoriani (= S. Saphorin prope Vevey) in templo prope portam minore *Plant. Spon*; vicino vico Glerolles qui attribuunt, coniecturam, non auctoritatem sequuntur.

TI · CLAVDIVS · DRVSI · F

CAESAR · AVG · GERM

PONTIF · MAX · TRIB · POT · VII

IMP · XII · P · P · COS · III

p. Chr. 47

5

F A

XXXVII

Contuli. *Plantin.* 1656 p. 257 (inde *Reines.* II, 5); *Spon* n. 42; *Bochat* I, p. 386 (inde puto *Exchaquet* p. 80); *Ruchat hist. ms.* I, 1, 98; *Rag. Bavier* a. 1757 qui vidit apud *Hagenbuch.* cod. 286 p. 144 vv. male divis; *Murith* n. 35; *Levade mém. de Laus.* III, 68; *Donat.* 211, 8 ex schedis *Gnocchii*; *Orell.* 331 = 137 ex edd. et a *Gaudino*; *Duffoug guide aux env. de Vevey* p. 21.

5 F · A Pl. Sp. *Boch. Ruch. Mur.*; F · c · A *Bavier Levade* (F s'y voit distinctement et le c, quoiqu'un peu effacé, est encore très reconnoissable) *Gaudin Duff.* Res est incerta; sed tamen potius abesse visa mihi est c quam adesse. Mihi F · A significat *forum Augusti*, Claudique nomen recte omissum est in titulo ab ipso Claudio profecto.

312 colonne de 6 pieds de hauteur sur 2 de diam. *Murith*, qui soutient la voûte de la cave de M. le Baron de Stockalper à Martigny de Riv.; quae domus nunc est l'hôtel de l'Aigle.

D D N N *diocletiano* E T  
M A X I M I *iano pius felix* I N V I C T I S A V G G  
E T C O N S T A N T I O *et gal.* M A X I M I *iano*

sic NOBILI · CCA *aecess. bono r. p.* N A T I S p. C. 292/304

5 E T I N V I C T I S *principibus*

F · C · L · // //

M F I I

Contuli summo labore. Descripserunt de Rivaz (inde Haller I, 248 = 280; Boccard p. 397; pessime denique Orelli 223 = 19); *Murith* (a quo habuit de Loges p. 165, item est in sylloge *Murithiana* n. 30. 31; ex Logio sumpsit Haller I, 281, ex hoc Orell. 224 = 20); Levade mém. III, 66 qui ined. ait; denique F. Keller. Versus extremos non habent nisi de Rivaz, Loges, *Murith*.

Ad spatium quod attinet, in v. 2 inter MI et VI desunt fere litterae decem. — 1 DDNNH et NHO ET ego; pro hoc v · m · o p · l de Riv. Mur. — 2 extr. IC · P · AV Riv., IC IN AVGG Log. Mur. — 3 extr. MAXIMINE ego, errore puto; F · M A X I M I Riv., F · M A X I M I A Log. Mur. — 5 in. ET · M V E T X Log., unde dedit Hallerus VOT · V · M V L T · X — extr. IX · N A T A de Loges Mur., qui soli habent. — 6 F · C · L · V Kell., F · C · L · V Lev. de Log. Mur., F · C · L · V A L de Rivaz. — Haec videbantur notanda; alia praetermissi.

313 Villeneuve trouvée au bord du lac *Duff.* au vestibule de l'église.

D D N N C O N S T A N T I O *inv aug*

E T M A X I M I *iano* I N V I C T A V G G

*severo* E T M A X I M I N O p. Chr. 303/6

sic N O B I L I S S I M I S C A E S S

5 F C A M X X V I

Contuli. Levade mém. III p. 67 (inde Haller I, 181), dict. p. 347; Orelli 334 = 139 ex hoc et a Gaudino q. v.; *Duffoug* guide p. 49.

2 MAXIMINE ego. — 3. 4 litteris maioribus scripti sunt. — 5 FCA certissimum est et habent omnes praeter Lev. dict., qui ex interpolatione dedit F · c · v. Mihi est *forum Claudi Augusti*.

314 locum non notavit qui primus ed. *Bochat*. Ollon in eccl. *Maff. de Riv. Exch. rel.*, ubi adhuc extat clausa; 'détournée à S. Tryphon' *Exch.*, haud scio an de coniectura ex numeris ducta.

IMP · CAES · VAL

LICINIANO · LICINIO

P · F · I N V I C T O · A V G p. Chr. 307/323

F · C · L · V A L L · O C T

5 M · P · X V I I

Contuli. Ed. *Bochat* (1747) I, 142 ab amico acceptam; *Maffei* M. V. 420, 1; de Rivaz p. 114 (inde Haller I, 246 = 279; *Murith* n. 32; Boccard p. 395; Orell. 337 = 143); *Exchaquet* p. 79 (inde puto Levade p. 228); *Duffoug* guide p. 57.

4 lectio certa est; male *Maff.* F · C · L · V A L · P . . .

315 in burgo S. Pierre 6 horis a Martigny sub ipso monte S. Bernardi.

IMP CAES VAL CONSTANTINO

PF INVICTO AVG DIVI

CONSTANTI PII AVG FILIO BONO p. Chr. 308/337

sic REIPVBLICE NATO

5 F C VAL

XXIII

Contuli. Ed. *Saussure* voy. IV (1786) p. 229 (inde sumpsisse apparet *Exchaquetum* 1787 p. 78, a quo rursus pendet omnino Haller I, 252 cf. 313 = 285, quamquam dare se ait ex cod. ms., fortasse commentario ms. *Zurlaubenii* quem citat Haller *Bibl. der Schw. G.* IV, 284); de Loges (1789) p. 186; Levade (1790) mém. III, 67 = 75 (cf. Orell. 5027 ed. 1 in not.), notans se descripsisse accurate a. 1788; *Murith* n. 26, qui ait ante male lectam esse. Descripsit etiam Haller II, 512 neque tamen suum exemplum edidit. Orelli 226 = 22.

Omnia certa sunt; inter exempla anteriora optimum est *Murithianum*. — 6 XIII 'sic, non XXIII', Levade; pessime. Numerus evidentissimus est.

316 ein Marmelsteinine Saul im dorff Martinach auff dem kirchhof bey der hinderen grossen kirchthür under das tach des vorschopffs aufgericht *Stumpf* neque quisquam postea neque alium locum neque accuratius indicatum adscripsit.

*Stumpfi manus prima:*

IMP · CAES · VAL ·  
 C O N S T A N T I O R I O  
 F E L · I N V I C T O · A V G  
 D I V I · C O N S T A N T I · P · P · H · A V G  
 5 F I L I O · F O R · C L · V A L · B O N O  
 R E I P V B · C · E · N A T O

*Stumpfi em.:*

IMP · CAESARI · VAL  
 C O N S T A N T I O · P I O *scribe: CONSTANTINO*  
 F E L · I N V I C T O · A V G  
 D I V I · C O N S T A N T I · P H · A V G  
 F I L I O · F O R · C L · V A L · B O N O  
 R E I P V B L I C E · N A T O

Descripsit *Stumpf* cod. 47 p. 197. 209, ed. XI, 21, a quo videntur pendere sequentes omnes: *Munster cosmogr.* 1550 p. 340 qui pauca verba tantum citat; *Tschudy* ed. p. 368 (in cod. 105 deest, sed extat *Stumpfi* exemplum manuscriptum in *Sangall.* 1083 p. 69); *Simler descr. Vales. f.* 30 (inde *Grut.* 284, 5; *Boccard* p. 397); *Lips. auct.* p. 30 a Paulo Gulielmio; *Guillim.* p. 176; *Patin* p. 313; *Donat.* 150, 2 ex schedis *Gnocchii*; *Amati* p. 101; denique de *Loges* p. 165, qui duos cippos miliarios *Martiniacenses* refert, sed si accurate examinaris, reperies eundem esse duabus formis relatum. *Logium* secutus *Orellius* item male duplicavit, altero relato inter *Martiniacenses* n. 225 = 21 ex *Tschudio* (cuius cod. *Werdmüllerianum* p. 443 male expressit), altero n. 227 = 23 errore (cuius erroris originem aperiet quaerenti *Haller I*, 286) ad vicum *S. Pierre* relato.

*Stumpfi* exemplum ita repraesentavi ut in cod. 47 manu prima bis aequaliter scriptum deprehendi a quo non multum recedit tertium *Stumpfi* item manu scriptum in *Tschudii* cod. *Sangall.*, ubi est 1 CAE..., 2 CONST....ORIO, 6 REIPV·GENATO. Quod ipse postea emendavit in codice utroque loco (2 in cod. bis est CONSTANTO, in ed. CONSTANTIO; 4 p. 209 est CONSTANTII, p. 197 et in ed. CONSTANTII itaque emendatum edidit, item adscripsi. Cum *Stumpfiano* edito plane consentit *Lipsii* (nisi quod in fine vv. fractam dedit) et *Simlerianum* (nisi quod 4 CONSTANTII legit). *Tschudius* emendavit 1 FL · VAL, 4 CONSTANTIN · AVG (om. PH), 6 REIPVBLICAE. *Logii* varia lectio haec est: 1 CAES · FL · VAL I, CAES · VAL II. — 2 CONSTANTINO I. II. — 3 P · F · II — 3 AVG om. I — 4 CONSTANTII · PH I, CONSTANTINI · P · II — 5 F · II. — 6 REIPVBLICAE I. II. — Vides in hac farragine plane nihil frugi inesse standumque est illo ipso *Stumpfiano* exemplo, quod inemendatum quidem sed tamen a sua aliorumque interpolatione adhuc immune solum ad nos pervenit, et facile corrigitur adsumpto altero titulo simili n. 315.

✓ 317 col. mill. dans la bibl. de l'abbaye de *S. Maurice Rivaz, de Loges.* Frustra ibi quaesivi.

*Murith:*

IMP · CAES · FL · VAL  
 C O N S T A N T I N O · P I O  
 F E L · I N V I C T O · A V G  
 D I V I · C O N S T A N T I · P H · A V G  
 5 F I L I · F O R · C L · V A L · B O N O ·  
 R E I P V B L I C A E · N A T O

*de Loges:*

R · E · V A L ·  
 I O N O  
 A V G  
 N T I N I ·  
 F · C · V A L ·  
 V B L I C E ·

*d'une part:*

IMP · CAES ·  
 . . . . . T A N T I O  
 F · C L · V A L  
 V B L I C A E

*Rivaz*

*de l'autre:*

P · F . . . . . T A N T I . . . .  
 A · F . . . . . V A L  
 B O N O . . . .  
 . . . . . T O

Duo exempla extant, alterum de *Loges* p. 155 (qui monet supplendam esse ad exempla *Martigny* et *S. Pierre* servata; unde suppletam recepit *Murith* n. 27), alterum *I. A. de Rivaz* (misit *Rion antiquariis Turicensibus Corr. V*, 232). Illud imperfectum est, hoc corruptissimum; imo anticam et posticam describere se opinatus eadem elementa temere iteravit; ut TANTIO — TANTI et VAL — VAL. *Murithianus* textus restitutus est sumpto fortasse *Logii* pro fundamento; sed tamen veram fere emendationem indicavit (excepto v. 1, in quo pro R·E reposuerim VAL, non FL) ideoque adscripsi.

✓ 318 fr. de col. tr. à *Villette* (dans le district de *Lavaux*, au couchant de *Cully*, sur la route de *Lausanne* à *Vevey*) et conservé à *Bel-Air* par *M. Troyon*.

— v l —  
 D I V I C O N S T A N  
 T I I P H I F I L I O

*numerus infra nullus  
 unquam fuit.*

Descripsi.

✓ 319 S. Tryphon. Frustra ibi quaesivi; fortasse delata Lausannam ad Constantem Rebecq.

*Lev. mem.:*

CAESAR

MANICO

AXIMO

OTESTATI

5 III

AI

*Lev. dict.:*

.. CAESAR ..

... MANICO

... AXIMO

.. OTESTAT ..

... III.

A..I

Levade mém. III p. 65, dict. p. 314; inde Haller I, 67. Orell. 338 = 144.

Cuius imperatoris sit, ignoro; certe non Caligulae, cum titulus tertio casu conceptus sit, quod in miliaris non reperi ante Traianum, et *maximus* princeps dicatur. Potius est Traiani.

### C. GENAVA SECUNDVM LACVS RIPAM MERIDIONALEM.

x In itinerariis siletur de hac via; sed extat praeter hunc alter huius viae lapis miliaris Severi et Caracallae anni 201 (Orelli ampl. coll. n. 279), repertus Messeri in ripa lacus Lemani Sabaudica e regione Nyoni.

320 tr. aux environs d'Hermance probablement sur l'emplacement ancien, car la distance de Genève est bien d'environ 7 milles romains *Soret*. Extat Genevae in museo publico.

IMP CAES FLAVIO  
VAL CONSTANTIO  
FIO FEL IN AVC. ET p. Chr. 305/6  
SEVERO NOB CAES

5 VII

Descripseri edidique Bull. dell' Instituto 1852 p. 112 non sine errore, quem lapide denuo inspecto emendavi. *Soret* misit Meyero 1840.

D. { EQVESTRI GENAVAM.  
EQVESTRI LOVSONNAM.

I. *Equestri Genavam.*M. P. XVI (*itin.*; M. P. XII *Peut.*).Computantur hodie Geneva Nyonom hor. Helv.  $4\frac{5}{8}$ , id est M. P. XV.

Huc pertinet titulus n. 324, Prevessini prope Versoix repertus notatus n. III.

Item titulus n. 321 Versoixi repertus notatus n. VIII.

Huc relati sunt praeterea tituli n. 323. 328, Genevae reperti sine numero uterque; qui quo vere pertineant, ambiguum est.

II. *Equestri Lousonnam ad lacum.*M. P. XX (*itin.*; M. P. XII *Peut.*).Computantur hodie Nyono ad Rolles hor.  $2\frac{3}{8}$ , ad Morges hor. 3, ad Lausanne hor.  $2\frac{3}{8}$ , quae horae  $7\frac{6}{8}$  efficiunt M. P. XXV.

Aut huius aut praecedentis viae est titulus n. 327 Novioduni rep. notatus n. XI vel potius I.

Huc pertinet titulus n. 325 ad fluvium Dully repertus notatus n. VII.

Item titulus n. 329 inter Vich et Begnins rep. numero carens.

Item titulus n. 326 ad S. Livre prope Aubonne rep. notatus n. XII. Qui cum non sit nisi alterum exemplum eius quem modo citavimus Noviodunensis, probat territorium huius coloniae certe ad Aubonnam usque pertinuisse, de qua re supra p. 18 non recte dubitavi.

Item titulus n. 322 ad St. Prex rep. numero carens; cui plane geminus redit in via Helvetica n. 335. Cuius rei ratio inde videtur petenda quod uterque titulus primo scilicet casu scriptus pertinet ad viae refectionem extra ordinem ab ipso imperatore susceptam sumptibus aerarii publici, non civitatum. Quare non mirum est tractum aliquem viae Equestris et alterum qui hunc exciperet viae Helveticae simul esse munitos. Simillimum exemplum suppeditant tituli duo n. 324. 325 item primo casu concepti itidemque viarum diversarum.

321 Versoix reperit Revilliod attulitque Genevam ubi extat  
'sous l'horloge du Molard du costé du lac' Spon. Ubi  
nunc extet, ignoro.

IMP · CAES · NERV  
VLP · TRAIAN · AVG  
GERM · PONT · MAX  
TRIBVN · POT · COS · II  
M · P · VIII

Spon n. 30 ex apographo Revilliodi, addens 'on n'en peut à présent justifier que quelques traits, parceque la pluye en a presque effacé tous les caractères'. Pendent ex hoc exemplo reliqui, ut Orelli 278 = 82; Beaumontius etiam Alpes Gr. I, 127, quamquam simulat vidisse se titulum et descripsisse homo nugacissimus.

Traditam lectionem interpolatam esse nemo non intellegit; certe pro NERV · VLP debuit esse NERVAE, item addendum est P · P · Sed vide ne multo gravior interpolatio subsit ut fere accidit in titulis evanidis ex antiquo auctoris incerti apographo suppletis.

322 mil. de St. Prex, transporté sur le pont de Boiron  
près de Morges *Exch.*, ubi adhuc extat.

M · A V R  
P I V S E L M M A X B R I T  
M A X P O N T M A X T R I B P O T X V I p. Chr. 213  
I M P I I C O S I I I I P R O C O S  
F O R T I S S I M V S I N V I C T I S S I M V S  
M A G N V S I I I I P A C A T O R  
O R B I S V I A S E T P O N E S V E V S T A E  
C O L L A B S R E S T I T V . .

Contuli. Exchaquet p. 69, quem male exscripserunt reliqui: Levade mém. de Laus. III, 69, dict. p. 52; Haller I, 209; Orell. 323 = 127.

Exchaqueti exemplum diligenter exceptum lectio mea confirmavit, nisi quod hodie plures litterae plane perierunt, quas inclinatis dedi. Solo v. 6 pro MAVG...INV Exchaqueti deprehendi MAGNVS I///. — 8 vestigia a me excepta indicabant potius CONLABSAS. — Ceterum confer geminum titulum Salodurensem n. 335.

✓ 323 col. mil. à Genève sur la treille *Sp.*, nunc in museo.

	<i>Abauzit:</i>	<i>Spon.:</i>	<i>ego:</i>
	IMP · CAES	IMP · CAES	IM
	DIVI · MAGN · ANTONI	DIVI · MAGNI · ANTONI	DIVI MAGN AN//ON
p. C. 222/235	NI · PII · F · D ···· ER · NE	NI · PII · D ···· NE	NI PII PNE
	POS ·····	POS ·····	POS // // // // POM
5	·····	····· IA ·····	// // // // I I A
	TRIB ·····	TRIB · POT ····	TRIB / OTII
		MIL · P	

Descripisi; sed lapide ita collocato ut recte et plene legi nequiret. Spon n. 31; melius Abauzit in Sponii ed. sec. II, 330 (inde Schoepflin I, 559); Mur. 1045, 8 (misit Bimardus, qui sumpsit ab Abauz.). Ex his Orelli 280 = 84. 3 representavi Sponii ed. 1; ed. 2 pro *NE* habet *ER*.

✓ 324 à Preveessin (qui vicus quamquam Gallicus potius est quam Helveticus, tamen lapis praetermitti non debuit) aux environs de Versoix à la porte d'une église.

IMP CAES *s. c. iul*  
 MAXIM*inus p. f. au*  
 G ET C · IVL *maxi*  
 MV*s NObilissimus*  
 5 CAES · PONTES ET p. Chr. 235/8  
 VIAS VETVSTAT  
 CONLABS REST  
 COL · EQ · M · P · III

Mallet descripsit, lacunis nullis indicatis. — Idem titulus statim redit in lapide ad Dullyum fluvium reperto; quod notandum est, cum alter ad viam Equestri Genavam pertineat, alter ad viam Equestri Lousonnam.

✓ 9058 325 déterré en 1782 près de l'ancien pont de la Dully *Exch.* Nunc in ponte rivi eius in via inter Rolle et Nyon.

*Imp caes c iul*  
*mAximinus p f a Et*  
*c iVLius MAXimUS*  
 NOBILISS CAES PON  
 5 TES · ET · VIAS VETVST p. Chr. 235/8  
 CONLABS · RESTIT  
 COL · EQ · M · P · VII

Contuli. Duo exempla ante extabant, Exchaqueti p. 67 (inde Levade mém. de Laus. III, 67. dict. p. 112) et Halleri I, 156 = 200 qui vidit; inde Orell. 319 = 123. Neuter bene legit, Exchaquetus male retulit ad Septimium Severum.

326 <sup>9056</sup> pierre ronde de 3 pieds 3 pouces de hauteur et d'environ 5 pieds de circonférence' *le Coultre*. 'in aed. priv. M. P. ultra amnem Aubonne' *Ruchat in cod.* 220. 'dans la cuisine de la maison du capitaine Grivel à S. Livre' *le Coultre*. 'tr. au chemin de l'Etraz près de Lavigny, transportée dans la maison Morsier à S. Livre' *Exchaquet not. d'ut. I, 127 et Levade. Hodie Aubonne in castro.*

IMP CAES  
M ANTONIVS  
G ORDIANVS  
PIVS FELIX AVG  
5 PONTIF MAX *tr*  
POEST III COs *pp* p. Chr. 240  
VIA ET PONTes *ve*  
TVST CONLA *ps rest*  
M P XII

Contuli Duo extabant tituli exempla: Ruchati (hist. ms. I, 4, 56; apud Bochatum I, 80 ex Ruchati libro non sine supplementis; Hagenbuch cod. 283 p. 140 et cod. 286 p. 32 a Ruchato; item in cod. Turic. c, 220 citato C. D. Iselii commentario ms.; denique in cod. Zolleri p. 590) et ex le Coultrii litteris scriptis 1 Sept. 1750 apud Bochatum III, 619. Ex his pendent Levade p. 185; Orelli 321 = 125.

Hic est titulus cui intrusit Ruchatus coloniam suam Alponensem; scilicet legit in fine VIA ET PONT .. || TVT · COL · || ALPON.

327 <sup>9057</sup> col. autrefois ronde de 5 pieds 8 pouces de hauteur, sert d'auge dans la cour de M. de Vignes secrétaire baillival de Nion *le Coultre* col. mil. à Nyon *Ruch.* Exchaquetus (not. d'ut. I, 127) videtur frustra quaesivisse.

*le Coultre:*

.....  
... ONI ...  
... AN ...  
.....  
5 ... IIIIC ...  
..... CIEC

*Ruchat:*

..... I ... ATO ...  
NTONIVS  
R · RANV ·  
TENV · V · C ·  
ON · MAX · TRIB ·  
TEST · III · C · I  
M · SE · I · NS VIAS E  
IL · RENV FEC  
XI

Viderunt Ruchat hist. ms. I, 3, 38 et le Coultre, cuius apographum ab ipso suppletum edidit Bochat III, 621; Bochatum exscriperunt accurate Exchaquet p. 66, male Levade mém. de Laus. III, 69; Haller I, 226; Orelli 307 = 111.

Est tituli Aubonnensis alterum exemplum, ut vidit qui utrumque tractavit le Coultre. Inde restitue.

328 col. Genevae à la Pelissérie *Spon.*

IMP · CAES  
C · VIBIO · TREBONIA  
NO · GALLO · PIO · FELICI  
AVG PONTIFICI · MAX  
5 TRIB · POTES · COS · II · P · P  
<sup>252/4</sup> IMP · CAES ET · IMP · CAES  
C · VIBIO · ANNIO · GALLO C · VIBIO · AFINIO · GALLO  
... IANO · VOLVSIANO VELDVMIANO · VOLVSIANO  
.....  
.....

*Spon* n. 38; inde *Donat.* 181, 4 et *Orell.* 281 = 85. Post 8 in ed. 2 *Sponii* additur versus omissus in ed. 1 et 3: PIO · FEL · AVG · PONTIF · ..., qui haud scio an sit ex supplemento.

329 fr. de col. mill. tr. en 1811 entre Vich et Begnins sur la voie romaine (Etraz) placé dans le château de Begnins *Lev.* Frustra ibi quaesivi.

*Levade supplet:*  
..... RA .....  
P · LIC .....  
.....  
.. C · GALI ...  
5 .. C .....  
.. LON .....  
.....  
.....

*impeRAt*  
P · LIC *inio*  
*valeriano*  
*tiC. GALLieno*  
*et Corneliae*  
*saLONinae*

*Levade* p. 42 cui descripsit *Rigot*; inde *Orell.* 318 = 122. Restitutio certo falsa est, non facile enim imperatorum uxores in cippis miliariis nominantur; cui restitutioni cum lectio aptata videatur esse, hanc suspectam iudico. Vide ne sit 2 in. FELICI.

E. { AVENTICO LOVSONNAM.  
AVENTICO VINDONISSAM.

Aventico per Minnodunum et Viromagum quae Viviscum pervenit via miliarios si habuit, certe adhuc nullos dedit. Contra habemus complures eius viae, quae Aventico Eburodunum, inde Lousonnam pergebat, quam etiam ex parte pictam dat tabula itineraria.

I. *Aventico Eburodunum*

LEVG. XVII.

Numerantur hodie hor. Helv.  $7\frac{5}{8}$ , id est M. P. XXV sive L. XVII.

Aut ad hanc aut ad septentrionalem Aventico Peteniscam pertinet titulus n. 338 Aventici rep., numero carens. *Eburoduno Lousonnam*

Numerantur hodie breviori compendio per Echallens euntibus hor.  $6\frac{1}{3}$ , id est M. P. XXI, ut ab Aventico Lousonna distet M. P. XLVI. Via antiqua aliquanto longior fuit circuitu facto per Chavornay et Penthaz.

Huc pertinet titulus n. 333 Treycovagnes rep., notatus n. leug. XXI.

Item titulus n. 334 Chavornay rep., notatus n. leug. XXIII.

Item titulus n. 331 Enteroches rep., notatus n. mil. XXXXI.

Item columna miliaria ex marmore albo, quam prope Penthaz (inter Cossonay et Lausanne) vidit Exchaquet (not. d'util. publ. I, 126), in qua tribus locis scripturae vestigia deprehendit neque tamen legere potuit.

II. Alterius viae Aventico Lousonnam per Minnodunum videtur fuisse lapis miliaris n. 332, qui rep. est Paudexi prope Lausanne numeratque inde Aventico milia tantum XXXVIII; qui numerus minor est quam ut referri possit ad viam de qua diximus Eburodunensem. Contra iter Aventico Minnodunum computant hodie horis  $6\frac{1}{3}$  sive M. P. XXI (sive leug. XIII, ut est in itinerario), Minnoduno Lousonnam horis 5 sive M. P. XVI; a Lousonna Paudex abest hora dimidia, ut optime sic quadret lapis XXXVIII ibi repertus.

III. *Aventico Peteniscam*

LEVG. XIV (XIII itin.).

Numerantur hodie hor. Helv.  $7\frac{1}{3}$ , id est M. P. XXIII sive L. XV.

*Petenisca Salodurum*

LEVG. X; ab *Aventico* LEVG. XXIV (XXIII).

Numerantur hodie hor. Helv.  $4\frac{1}{3}$ , id est M. P. XIII sive L. IX.

*Saloduro Aquas*

Numerantur hodie hor. Helv. 13, id est M. P. XLII sive L. XXVIII.

Huc pertinent tituli n. 335. 336 Saloduri reperti, numeris notati XXVI et XXVIII (?), leugarii potius quam miliarii. Item tituli n. 330. 337 Badenae reperti, numeris notati leug. LVI (= mil. LXXXIV) et mil. LXXXV. Hodie numerantur Aventico ad Aquas paullo plus M. P. LXXVIII sive L. LII.

330 *Dise Sul ward Anno Dni. 1535, als ich Gilg Schude von Glarus Landtvogt zu Baden was, in einem Acker by dem dörffle Wyten, so im Ergöuwischen teil gemelter Graafschaft — ligt, funden und haruss graben, die liess ich zu der Eydngenossen Schloss zu Baden an der Limmagt im turgöuwischen teil furen. — Diser straassen fint man noch ein ufgeworfnen tamm, so man von Wildeck gen Arowe ritet imm eichwald. Item so man von Kilchdorf under Baden gen Clingnouw ritet.' Tsch. Bade à l'entrée de la porte Sym. 'a. 1712 im Toggenburger Krieg gen Zürich geführt' cod. Zollerli; ubi nunc extat in bibl. publ. Lapis est ex topho eo qui reperitur Wyli prope Badenam saepeque usurpatus est ab antiquis aedificiorum redemptoribus.*

I M P · C A E S A R I

D I V I · N E R V A E · F

N E R V A E · T R A I A

N O · A V G · G E R M

3 P O N T · M A X · T R I B

P O T · C O S ·  $\bar{I}$  · P · P · D E S p. Chr. 99

$\bar{I}$  I I · M · P · L X X X V

Descripisi. — Symeon Cesar renouvelé f. 33 b. Tschudy cod. 105 f. 5. 88; ed. p. 144. Simler cod. 102 f. 25. Stumpf cod. 47 p. 105, ed. IV, 21; cuius manu exemplum scriptum cum nota 'inv. Thermis a. 1534' extat in Fenestellae libro ed. 1532 olim Stumpfii nunc bibl. civ. Turic. Guillimann. p. 159. Grut. 155, 5 e St. et Sym. Mur. app. 5, 6 a Richtero. Schoepflin I, 548. Bochat I, 496. Hagenbuch cod. 283 p. 311. Exchaquet p. 118. Gerbert p. 28. Haller I, 141 = 161. Orell. 449 = 256.

6 nunc est cos ·  $\bar{I}$ ; antiquiores  $\bar{I}$ . — Notae numerales confusae sunt vel certe non conveniunt canonibus Borghesiano, qui sic ordinat (ann. XVIII, 330):

Oct. extr. 97 — 28 Ian. 98: Caesar, imp., tr. p., cos., [des. II].

28 Ian. 98 — 27 Ian. 99: Aug., tr. p. II, cos. II, [des. III].

Quare aut omissa est tribuniciae potestatis nota, quod fieri potuit in titulo provinciali, aut non statim nuntius in Gallias allatus est Traianum inde ab obitu Nervae iterasse potestatem tribuniciam; cui favet, quod DES · III item extra ordinem adiectum est in lapide. — Cf. Epamanduodurensis columnam simillimam Mur. 1093, 6.

<sup>9065</sup> 331 rep. 1640 in fossa inter Albonam et Eburodunum conficienda inter rupes praescissas Serratae quasi a medio earum qua patet transitus *Plant.* Entreeroche in saxo 2 p. longo, 1½ p. alto *cod. C 220.* Nunc Orny ante castrum.

*Scheuchzer de Lausanne*  
IMP

CAES · TRAIANO

H A D R I A N O

AVG · P · M · TRIB

5 POT · COS · III · P · P p. C. 128/138

A V E N T I C V M

M · P · XXXXI

Contuli partem superiorem. *Plantin.* 1656 p. 253 (inde *Fesch cod. ms.*; *Reines. II*, 8 ex *Plant.*; *Guichenon p. 41*, cui misit *Verace-Budé*). *Spon n. 43* (inde puto *Délices de la Suisse p. 238*) qui vide ne ex coniectura emendaverit.

*Hist. crit. de la rép. des lettres t. 6 (Amst. 1714) p. 73*, quae qui scripsit, lapidem accurate examinavit a. 1708. *Ruchat hist. ms. I*, 4, 10 qui bis descripsit; *Bochat I p. 500* a *Ruchato* qui vidit; ex *Bochato*, ni fallor, *Exchaquet p. 106. Cod. C 220. Mur. 1030*, 6 (misit *Bimardus*). *Dunod déc. de la ville d'Antre p. 164*, cui miserunt *Roy et Dufour. Donat. 333*, 2 e schedis *Gnocchii. Orell. 342 = 148.*

2 CAES · TR · P · AILIO Pl. (unde pendet *Ruchati et Exchaqueti CAES · TR · F · AILIO*, item prava *Sponii restitutio CAES · TIT · AELIO*); sed CAES · TRAIANO *hist. crit.*, *cod. c.*, *Mur.*, *Dunod.* — 4 TRIB *Dunod.* — 5 POT...COS · III · P · P *Ruchat*, POT · COS · III · P · P *Exch.* — 6 AV...NTIC *cod. c.*; ADVN · HIC · M *Dunod.*; AV..... *hist. crit.* — 7 om. *hist. crit.*, *cod. c.*, *Dunod.*, nititurque numerus, ni fallor, solo *Plantino.*

<sup>9062</sup> 332 rep. a. 1768 Paudex prope Lausannam, nunc Lausannae in aedibus sacerdotis *Levade Lev. mém. et dict.*; *Exchaquet not. d'ut. publ. I*, 127. — *St. Saphorin rep. ait Haller ed. 1*; idem *Paudex ed. 2.* Extat adhuc in dictis aedibus, hodie *Dufourneti*, ad *eccl. cath.*

*Lausanne curioz*  
IMP

CAES T AELIO

A N T O N N A V G

P I O P · M · TRIB P O T

5 COS III P P p. Chr. 140/4

A V E N T M P

XXXVIII

Contuli. *Levade mém. de Laus. III*, 68; *dict. p. 173. Exchaquet p. 102. Haller I*, 154 = 176. *Orelli 330 = 136 a Troyono.*

<sup>9067</sup> 333 in vico Treycovagnes rep. testantur multi. Extat Eburoduni in muro aed. privatarum *Plant.* dans la cave de M. le secrétaire Bourgeois *cod. C. Scheuchz.* dans la muraille d'une maison rue de Four *Ruch.* Nunc in curia.

IMP · CAES

L · SEPT · SEVERO · P

PR T · A G · A R A B · A

PARHC · MAX · P · P · C

5 T · IMP · CAES · M · AR

1/ ANONNO · PO · EL ·

COS · E · L · SEPT · GE/

CAES AVNTIC · EV/9

XXI

p. Chr. 202/5

Contuli. *Plantin.* 1656 p. 252 (inde *Reines. III*, 33); 1666 p. 521. *Scheuchzer it. Alp.* 1709 p. 499. *Cod. C 220. Hagenbuch cod. 284 p. 37* qui vidit (inde *Orelli 352 ed. 1*). *Ruchat hist. ms. I*, 4, 31; *Bochat I*, 537 a *Ruchato. Donat. 145*, 2 ex schedis *Gnocchii. Exchaquet p. 94. Haller I*, 171 = 192. *Amati p. 216.* Nuper descripserunt *Dubois Corr. der a. G. IV*, 37 et *Troyon*, qui dedit *Orellio n. 159 ed. 2.*

<sup>9066</sup> 334 Chavornay à une lieue d'Orbe, enchassée dans une muraille le long du grand chemin d'Yverdun *Ruch.* Nunc loci dominus *Laurent* e muro extraxit et effecit partem inferiorem ut addere possem. Nuperrime transitit in museum *Lausannense.*

IM/ CAES · L · SEP

T M I O S E V R P O P R T

N A C I A G A R A B C O

A D A B N C / P A R T H I

5 Co MAXIM P P CoS · III p. Chr. 202/205

ET IMP CAES M · A

ToNNo Pio

//////////

AVNTC // // //

V V III

Contuli. Extabat unicum exemplum non accuratum *Ruchati*, qui a. 1710 dedit *Hottingero* (inde *Hagenbuch cod. 286 p. 34*; *Orell. 340 = 146*), item *Bochato* qui ed. I, 539 (inde *Exchaquet p. 107*; *Haller I p. 171 = 192*; *Levade dict. p. 73* cum supplementis *Bochati male factis*) posuitque in *hist. ms. I*, 4, 32.

✓ 9072  
335 Solothurn in curia.

IMp caes m aur AN  
TONinus pius f EL A  
VG I // // // // // ERIt  
MAX poNT MAX TRIB  
5 POT XVI IMP II COS III p. Chr. 213  
PROCOS PRINC IVVENT  
FORTIS // M // // // ISIM //  
VSQM // // // NII // // // IF  
PACAT or ORB VIAS ET  
10 PONT VETVSTATE CO //  
L APS RESTITVIT  
A VENT  
XXVI

Contuli. Haller II, 364 a Zurloubenio (inde Orell. 406 = 219); Dubois in schedis ms.; Schulthess Zeichn. der ant. Ges. I, 106. — Confer geminum titulum ad St. Prex reper- tum n. 322.

6 lectio in dubium vocari nequit; cf. Orelli syll. 930. — 13 numeri laesi sunt superne. — In cod. Wallierii scripto c. a. 1762–1770 tribus locis exhibentur columnae miliariae: p. 252, 253 tres, quarum una scripta est; p. 257 item tres, quarum una scripta est; p. 277 duae scriptae. Harum ex picturis inter se comparatis eandem esse constat, quae sic exhibetur:

p. 253. 257	p. 277
TONIN	ANTON
MAX	
POT XVI	
PROCON	XXV

SACER  
M. (M p. 257)  
XXP (XX Hall.)

quod exemplum per Zurloubenium pervenit ad Hallerum II, 364, unde repetiit Orellius 407 = 220, videturque exceptum ex ipsa illa quae adhuc extat columna miliaria Salodurensi lectu sane difficillima. — Alteram scriptam vide n. 336. — Ceterum Glutz-Blotzheim etiam (Soloth. Wochenbl. 1810 p. 35) memorat tres columnas miliarias extare Saloduri in curia, testatus non scriptas eas esse ex ea parte qua muro immissae sint seque eas legere posse negans. Ibidem (p. 209) narrat nescio quis, usque ad a. certe 1794 lapidem miliarium propemodum integrum Traiani ('ni memoria fallit') stetisse Saloduri 'auf dem Schützenmattglacis vor dem Eichthor', qui quo postea pervenerit, cupit doceri, imo aureum promittit ei qui investigarit. Potest fuisse ipse ille lapis qui nunc extat in curia.

336 Solothurn. 9073

reliqua evanida:

XXVIII

Cod. Wallierii p. 277 (inde per Zurloubenium Haller II, 365); ibidem videtur repetita in alterutra ex binis non scriptis columnis quae dantur pictae p. 252, 253 et p. 257. Vide ad n. 335.

9076 Hotel Schief  
337 columna dimidiata diametri poll. 18, alta hodie ped. 3, ex topho eodem de quo dixi ad n. 330; prope Baden Aargov. oppidum 'in einer Kiesgrube in der Nähe der Bäder' rep. m. Maio a. 1851 *Eidg. Zeit.*; extat ibi in diversorio *zum Schiff* in hortis.

IMP · C · M  
CL · TACITO  
IN V I C AVG p. Chr. 275/6  
P M T P CO S  
5 PROCOS  
/AV L LVI

Descripti. *Eidgenöss. Zeitung* (Zürich) 1851 d. 4. Iun.; Bull. 1852 p. 106 ex apographo Meyeri.  
6 numerus clare scriptus est et integer.

9069  
338 parva columna lapidea, Aventici rep. 1746 *Boch.*

NOBILISSI  
MO CXES  
C GALERIO p. Chr. 292/304  
MAXIMIX  
5 N AVG F

Bochat I, 556, cui misit Bosset sacerdos Aventicensis. Ex hoc pendent reliqui, ut Donat. 147, 10, cui misit Schmid, et Orell. 382 = 190.

3 c suspecta mihi; fuerit D · N · GALERIO vel GAL · VALERIO. — 5 'on voit des traits qui ne permettent pas de douter, qu'ils ne soient les restes de ces lettres N · AVG' *Boch.*

## XXVII. INSTRUMENTI DOMESTICI INSCRIPTIONES.

Pavimentis, parietibus, supellectili denique domesticae inscripta vel impressa et omnino minora varia hoc capite ita composui, ut ubicunque inventa capitulatim recenserentur; ne iis quidem exclusis quae extra Helveticos fines reperta sunt esse videntur. Nisi quod ex hoc genere quaedam plane ex hac sylloge eliminanda esse duxi, ut tegulam legionis XXI rapacis a Bonnensibus antiquariis museo Turicensi donatam et similia, quae ab huius operis instituto aliena esse neque facile cum supellectile vere Helvetica unquam confundi posse viderentur. A locorum ordine in hac operis parte quod discessi, factum est duabus ex causis. Primum enim si qui harum quinquiliarum usus fructusve esse potest, ad eam vix quisquam perveniet nisi generibus classibusque coniunctis et singulis universisque inter se collatis; cuius operae utilitas maxime cernitur in tegulis militaribus. Deinde cum loci ubi reperta haec sint persaepe ignorentur, ii quoque quorum memoria extat vix nobis indicant veram harum rerum originem; vasorum cretaceorum maxime et lucernarum quam late patuerit olim commercium, hodie peritos non fugit. Ceterum ut fit, extiterunt tituli quidam, quos utrum huic classi insererem an in ordine locorum collocarem dubius haesi; ut fuerunt tituli vasis Wettingensibus inscripti n. 242, qui tamen anathematum potius indolem prae se ferre visi sunt, item Eschenzianus latericius n. 273, de cuius argumento non constat. Quam inconstantiam ne quis accuset, provocabo in his ut in aliis similibus huiusmodi operae quasi necessariis noxis ad lectorum benevolam aequitatem, qua carere non possumus qui cupimus in ordinem redigere naturae opes profusas hominumque sensus varios artesque diversas. — Denique brevitati consulens locorum indicationes, ubi singulae res adservantur, plerumque ita tantum indicavi, ut uncis quadratis circumscriberentur.

## 339 in pavimentis tessellatis inscripta.

<sup>1</sup> Aventici rep. 1676 *Zoll.* (male 1674 *Wagn.*, 1679 *Wild*). Simul fere et erutum et pessumdatum esse oppidani Aventicensis narrauerunt *Sponio*.

POMPEIANO ET  
AVITO CONSV p. Chr. 209  
LIBVS KAK  
AVG.

Pictum pavementum exhibent cod. Zolleri p. 492 (inde Haller II, 273), ubi subscr. est 'Iohan Conrad Schwytzer fecit d. 10 Iun. 1676' eodemque anno dicitur repertum, et ex cod. Ottiano cent. I, n. 20 Hagenbuchius cod. 283 p. 204, ubi datur ex litteris Ioh. Henri Othonis d. 16 Mart. 1677. Ediderunt Spon 1685 (vel potius 1679, quo anno primus liber misc. separatim prodiit) p. 40; Wagner ed. (1688) p. 163, ed. 3 p. 202; Wild (1710) p. 178; Donat. 177, 3 a Schmidio et Gnoechio. Orellius 383 = 191. 192 male geminavit.

Exempla adscribam:

<i>cod. Hagenb.:</i>	<i>cod. Zolleri:</i>	<i>Spon. Wagn.:</i>	<i>Wild:</i>
POMPEIANO ET	POMPEIANO ET AVITO	POMPEIANO ET AVITO	AVITO ET POMPEIANO COS
AVITO CONSV	CONSVLIBVS KAL	COSS · KAL · IAN	KAL IAN
LIBVS KAIIV	AVG		
AVG.			

Si quid video, sequendus est codex Hagenbuchianus, nisi quod pro KAIIV in pavimento videtur fuisse KAK i. e. KAL. Sponius qui non vidit videtur notasse titulum ex ore Aventicensis cuiusdam; Wildius, cuius aetate dudum perierat, male excepit sive ex Wagnero sive aliunde. Causa igitur nulla est cur propter exemplorum diversitatem cum Orellio duas similes inscriptiones Aventici repertas esse statuamus.

<sup>2</sup> Aventici rep. 1689 *Wild*, non 1704, ut ait *Hall*.

PROSTHASIVS FECIT

*Wild* p. 179, a quo pendent reliqui, ut *Parent* ms. *Salod.* p. 88 (qui PROSTATIVS); *Haller* II, 274; *Orell.* 384 = 193.

<sup>3</sup> Bümplitz prope Bernam urbem rep.

MAX . . . . .

*Schmid* 1760 p. 118, quem exscribens *Haller* I, 244 = 276 errore dat MAXIMIANVS.

340 in ponderibus.

1 pondus aereum quod app. 75. 345 gramm. = 1418 1/2 grana Paris. = 3 unc. Rom. [Basil. olim mus. Faesch, nunc bibl. publ.].

supra      ° °      punctis argento incrustatis  
in latere    III  
infra    EX·A·CAS litteris olim argento incrustatis

Bruckner p. 2914, tab. XVII n. 5. Roth p. 19. Orell. . . = 313. — Lege: *ex(antum) a(d) Cas(toris)*; cf. Fabrett. 526, 372. 527, 374.

341 in parietibus stilo scripta vel picta.

1 in opere tectorio Aug. [mus. Schmid].

Ξ Ο Ρ Τ Ι Ο

Roth p. 20 (inde Orelli . . . = 321).

2 in creta pictis litteris [mus. Bas.].

M F V E

Descripti.

342 diptycha.

1 circulo scriptus titulus inter utramque paginam; extabat in seminario Gerundae prope Siders. Num adhuc ibi sit, ignoro.

RVTIVS	PATRICIVS	
ACHILIVS	ITERVM	
SIVIDIVS V̄C	PRAEF VRBIS	
ET INL EX PRAEF	CONSVL ORDI	p. Chr. 489
5 VRBIS	NARIVS	

Eugen. de Levis de Rutii Achilii Sividii praefectura et consulatu epistola (Taurin 1809. 4.), quem librum mihi non visum excerpit Gazzera dittico di Aosta (mem. di Torino vol. XXXVIII) p. 228; Murith n. 33. 34.

I, 1 RVTILIVS Murith; RVFIVS emendat, recte opinor, Rossi annali dell' Inst. 1849 p. 345 ex titulo Romano in quo est †† RVFI ACHIL || EX QVAES. — 4 INI Murith. — Anni 488 esse dixi auctore Borghesio (sull' ultima parte de' censori p. 50).

343 instrumentum ex argento aere plumbo ferro vitro.

1 clipeus argenteus 34 1/4 unc. pondo, rep. anno 1721 in Arva fl. prope Genevam; extat in mus. publ. Genevensi.

LARGITAS D · N · VALENTINIANI AVGVSTI

Contuli. Abauzit apud Montfauconium ant. expl. suppl. t. IV (Paris 1724) p. 51 qui aere expressit; idem Mercure Suisse 1743 Juillet p. 21 (cf. Haller Bibl. IV, 271); idem oeuvres II, 63. Sinner voy. II, 79. Orelli 282 = 86. — LARGITAS priores.

342 2 diptychon Turici olim apud Io. Henr. Hottingerum († 1667), qui unde habuerit ignoratur; tamen ut plerumque alia hoc quoque diptychon medio aevo in monasterio aliquo ecclesiasticis usibus destinatum fuisse docet inscriptio, quam minusculis scriptam in postica apprehendit F. Keller, sacerdotis cuiusdam plebi diem paschae futuri nuntiantis. I. H. Hottingero mortuo tabulam priorem accepit alter filius Conradus, posteriorem alter Iohannes Iacobus, a quo pervenit ad heredem huius Iohannem Iacobum Gesnerum. Ex a. 1787 utraque tabula denuo coniunctae extant Turici in antiquario. — Norimbergae sinistram tabulam collocat Gori et hunc secutus Gerb., qui videntur cum Turicensi diptycho consulis Areobindi Norimbergense Clementini consulis confudisse.

in pagina priore:

FL · ARĒOB · DAĀAL · AREOBINDVS · V̄ I · p. Chr. 506

in pagina posteriore:

EXC · SAC · STA ET M̄ M · P OR · EXC · C · OR

Contuli. Reperit et edidit Hagenbuch primum tabulam posteriorem solam cod. 286 p. 175, ep. epigraph. p. 46. 272 sq., deinde utramque de diptycho Brixiano epist. epigraph. (Turici 1749. fol.) p. 232 sq. aere incisam. Inde pendent Gori diptych. (Flor. 1759) I, 208; Gerbert p. 43; Donat. 198, 3.

Lege: *Flavius Areobindus Dagalaiphus, Areobindus, vir illustris, excomes sacri stabuli et magister militiae per Orientem, exconsul, consul ordinarius*; quae interpretatio est Hagenbuchii demonstrantis praeterea ad hunc consulem referendum esse, non ad Areobindum anni 434. Ceterum ad Areobindi nomen geminatum quod attinet, similes geminationes frequenter reperiuntur in diptychis, ut in Norimbergensi a. 513 *Fl. Taurus Clementinus Armonius Clementinus* (Gori I, 229), in Bituricensi et Leodiensi a. 517 *Fl. Anastasius Paulus Probus Sabinianus Pompeius Anastasius* (Gori I, 263), in Compendiensi a. 525 *Fl. Theodorus Filoxenus Sotericus Filoxenus* (Gori II, 19). Apparet nomen primum in fine repetitum esse, similiter ut in titulis aetatis paulo melioris idem nomen in summo lapide collocari solet solitarium. — Praeterea notandum est ex eiusdem Areobindi consularibus diptychis aetatem tulisse quattuor, quorum duo integra sunt, Turicense hoc et Lucense (Gori I, 219); tertii Vesontini extat tabula prior (Millin mag. encycl. a. VIII. 1802. t. IV, p. 444), quarti Divionensis, quod olim male tribuebatur Stilichoni, tabula posterior (Gori I, 121). Caelatura varia est, inscriptio fere eadem.

2 cochlear arg. Aug. rep. [Basil. olim in mus. Faesch, nunc in bibl. publ.].

V T E R E F E L E X

Huber ad Hagenbuchium ep. 1737, 32. Hagenbuch cod. 283 p. 297 q. v. Schmid 1760 p. 56. 1771 p. 29. Bruckner p. 2916 tab. XVII n. 15. Roth p. 20. Orelli 428 = 314. FELIX Schmid 1771, Br.; SEIE Huber.

343 3 in trullae argenteae fundo stilo scriptum. Rep. in vico Prigny [Genevae in museo].

*litteris leuiter incisus bis repetitum* VIT X L I §  
*litteris altius sculptis* XI

Descripsi.

4 Aventici in museo, lamina aerea litteris quasi ad ornamenti speciem adornatis, ut si laminam corio exempli gratia adsueris, inter litteras corium appareat.

HEC · GEMELLIANVS F

Descripsi.

5 urna aerea rep. a. 1566 Locarni, si fides *Wagnero*.

LENTVLVS

*Wagner* ed. 2 p. 105; ed. 3 p. 133 (inde *Orelli* 472 = 280), qui unde haec habuerit, frustra quaesivi. Cf. 343, 12.

6 trulla aerea, Muraz prope Villeneuve.

MERCURI

*Levade* p. 214, inde *Orelli* 336 = 141.

7 trulla aerea, Muraz prope Villeneuve.

HERMINALIS

*Levade* p. 214, inde *Orelli* 336 = 142.

8 in globo aereo rep. Aug. 1772 [Basil. bibl. publ.].

DAM

*Roth* p. 20 (inde *Orelli* . . . = 317).

9 fr. de cadre en bronze auquel est lié par un clou un fr. de plaque aussi en bronze, sur lequel est gravée la lettre A [mus. d'Avenches n. 549].

Misit Troyon.

10 im J. 1653 den 4. Nov. ist in dem minderen Basel in dem Garten des Klosters Klingenthal ein langer Bleyklumpen herfürgegraben worden mit dieser Ueberschrift *Wagner*, item *Fesch*. Nunc extat in antiquario Basil. massa bipertita, cuius pars prior app. 32<sup>1</sup>/<sub>4</sub>, pars posterior 34<sup>3</sup>/<sub>4</sub> libras ponderis eius quo Basileae ferrum appendere solent.

SOCIETAT

S · T · LVC · RETI

Descripsi. *Wagner* ed. 2 p. 45, ed. 3 p. 62; *Fesch* ms.; *Bruckner* p. 2891 aere expr.; *Roth* p. 19; *Orelli* 426. 427 = 312. — Partes hodie iunctas olim unam massam effecisse et testantur antiquiores et demonstravit *Rothius*; inscriptiones duobus sigillis altera iuxta alteram impressae sunt spatio inter utramque interposito. Puncta complura apparent in superficie casu sparsa, ut nihil impediat quominus in altera legatur *societatis Titi Lucretii*.

343 11 in calamistro ferreo Aug. [mus. Schmid].

*litt. inversis* CARISEI

*Roth* p. 21 (inde *Orelli* . . . = 318); item schedae *Rothii*; *Hardmeier* *Zeichn. der ant. Ges.* IV, 19. *CARISEI* *Rothii* ed., *CARISEL* *Hardm.*; in schedis *Rothii* est *CARVNSAL*.

12 in urnae vitreae fundo; Romae *Lang.* apud *Strozium Gud.* Locarni in Ticinensi pago *Wagner*, quo iure nescio sed haud scio an nullo.

L · AEMILII

BLASTI

*Reines.* XVII, 177. *Gud.* ms. 382, 2, ind. p. LXXVII. *Wagner* ed. 2 p. 105, ed. 3 p. 133. *Orelli* 473 = 281.

1 L om. *Gud.* — *AMILII* *Wagner*.

13 in fundo ampullae vitreae quadratae, rep. 1849 Marigny aux Morasses.

Ī † Ā

*Zeichnungen der ant. Ges.* IV, 106.

344 tegulae castrorum *Vindonissensium*.

Quibus quaeque locis repertae sint tegulae, infra accurate indicabitur; hic notavisse sufficet typos primum secundum tertium sextum coniunctos ubivis reperiri, ut ubicunque paullo maiore numero hae tegulae prodeant, ex his quattuor typis non facile ullus desideretur. Quintus paullo rarior adhuc non repertus est nisi *Vindonissae* et *Kloteni* et ad *Confluentes*, id est in stationibus et ruderum amplitudine et tegularum numero maxime conspicuis. Quartum ne eum quidem vulgarem habuimus a *Confluentibus* et *Kloteni* et *Seebio*; *Vindonissae* adhuc eum non prodiisse notatu dignum est, cuius rei causam fortasse effossiones futurae explicabunt. Septimi plane singularem rationem infra interpretabimur. — *Cohortium* tegulae n. 8–12 rarae sunt omnes neque facile inveniuntur extra *Vindonissam*; nisi quod decimi typi exemplum ad *Confluentes* etiam videtur prodiisse et duodecimi prope vicum *Badensem Thiengen* repertum est.

- |    |                            |                              |  |
|----|----------------------------|------------------------------|--|
| 1  | <i>litteris incisus</i>    | L · XXI                      | Idem bis repetitur in massa cretacea <i>Dällikonensi</i> . |
| 2  | <i>litteris incisus</i>    | L · XXI G                    | (potius quam C).   |
| 3  | <i>litteris incisus</i>    | L · XXI · S · C · VI         |  |
| 4  | <i>litteris extantibus</i> | L · XXI · L                  |  |
| 5  | <i>litteris incisus</i>    | LEG · XXI                    |  |
| 6  | <i>litteris extantibus</i> | LEG · XI · C · P · F         |  |
| 7  | <i>litteris extantibus</i> | LEG · XX <sup>ii</sup>       |  |
| 8  | <i>litteris incisus</i>    | C · VI · RAETO               |  |
| 9  |                            | C · VI · R                   |  |
| 10 | <i>litteris incisus</i>    | { C · VII · R<br>C · VII · R |  |
| 11 | <i>litteris incisus</i>    | C · XXVI                     |  |
| 12 | <i>litteris incisus</i>    | C · III · HI                 |  |

Vidi omnes excepta nona, quam supeditaverunt schedae Rothii. Septimae unicum exemplum intra fines Helveticos adhuc repertum erutum est Schleitheimi in dextra Rheni ripa, ubi cum statio militum esset extrema dum castra legati adhuc erant Vindonissae, potuit remanere postea quoque castris a sinistra Rheni ripa ad dextram translatis. Unde placuit hanc tegulam non legioni XXI tribuere, cui non satis convenit scribendi ratio, sed XXII, cuius tot extant monumenta in agro inter Bhenum Moenumque interiecto. — Duodecimae adhuc non innotuerunt nisi duo exempla, quorum alterum prodiit prope Thiengen agri Badensis in loco dicto *Heidenschlösschen* editumque est a Leichtleno (Schriften der Freib. Ges. I, 37), Wilhelmio (Sinsheimer Jahresber. 1831 p. 56) aliisque scriptoribus Badensibus, alterum nuperrime repertum est Vindonissae. In illo sollertissimus Leichtlenus legit c · III · H · I · , in hoc deprehendi ipse quod supra dedi; ut iam plane certum sit hanc tegulam esse cohortis III non Helvetiorum, sed Hispanorum. — Reliquarum tegularum ut lectio certa, ita facilis est interpretatio; nisi quod de litterarum extreमारum, G in secunda, S · C · VI in tertia, L in quarta, significatione non constat. Qua de re dixi Bull. dell' Inst. 1852 p. 100 videri his notata esse nomina non legionis sed centurionum vel principalium operi tegulario propositorum; cuius usus exempla ubivis prostant. Elementis C · VI tamen significari existimo C(astra) Vi(ndonissensia); quod non abhorre a consuetudine Romana docebunt tegulae Vindobonenses inscriptae *Ant. Tib. Vindob.* (Arneth Besch. der zum k. k. Münz- und Ant.-Cab. geh. Statuen. 4. Aufl. p. 43); Karnuntinae inscriptae *C. Val. Const. Kar.* (Arneth l. c.); Londiniensis inscripta *p. p. Bri. Lon.* (id est puto *primipilares Britannici Londini*; *Archaeological journal* n. 37); in Hungaria reperta prope Quadriburgium inscripta *Quadribur. a. s.* (id est *ala sagittariorum*; Schoenvisner comm. geogr. II, 240).

Auctores commodius infra scribentur, cum quibus locis tegulae inventae sint recensebimus. Ipse examinavi tegulas musei nostri Turicensis et Schaffhausensis et Schaufelbühlhiani quod est Zurzachi; si quas alias inspexi, infra adnotabitur. Praeterea hoc loco addam edidisse me n. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11 in Bull. dell' Inst. 1852 p. 100. 104; a Meyero autem in historia legionum XXI et XI, ubi harum tegularum complures lapide expressit, dari primam in tabulis n. 1—7. 9, secundam n. 10, tertiam n. 11—15, quartam n. 16, quintam fractam n. 8, sextam n. 22—28, octavam n. 19. 21, decimam n. 18. 20. Meyeri librum ubi citavi auctore eius non adiecto, Meyerum ab iisdem auctoribus monumentisve pendere scito, quibus ipse usus sum. Denique incertorum locorum tegulas exhibere placuit una cum iis quae repertae sunt ad ipsam Vindonissam.

Male lectas tegulas quamquam ex instituti mei rationibus silentio praetermittere oportebat, tamen placuit hoc loco indicare quasdam, quae vel fefellerint iam vel fallere possint. Quo vix pertinet tegula edita ab Ottio muthmassl. Ged. p. 21:

LEG · XI · S · C · VI

quam Hagenbuchius iam cod. 285 p. 49 recte reiecit, neque Hallerianas II, 395 (Orell. 441 = 245) L · XI · C · P · F et LEG · XI · G · P · F cuiquam probatas esse existimo iudicium acriorum. — Sed non melioris notae est quam idem Hagenbuchius (ad Huberum ep. ms. 1725, 4; cod. 285 p. 19) et hunc secuti Breitinger apud Schelhornum VII, 51 et Orelli 463 = 271 recensent inter octodecim tegulas Kloteni c. a. 1724 repertas:

L · XXI · S

cuius similem postea reperisse sibi visus est idem inter tegulas a. 1759 Buchsii reiectas (cod. l. c.). — At Buchsiana in tabula picta separatim tum edita recte ita pingitur L · XXI · S; ad Klotenianam autem quod attinet, neque Ottius eam habet alter eorundem laterum descriptor neque ipse Hagenbuchius in priore epistola neque extat hodie inter tegulas musei Turicensis, cui Klotenianae illae illatae sunt. Quam ob rem mihi non dubium est quin pro fracta Hagenbuchius male integram bis posuerit. — Item quem Vindonissae sibi emptum mox perdidit Hallerus I, 121 = 139 (inde Orell. 441 = 245):

LEG · VI · ///

non fuit sine dubio nisi later legionis XI litteris dimidiatis. — Denique quem idem profert (I, 71 = 81 cf. II, 395; inde Orell. 441 = 245):

L · XXI · G · R

unde procudit legionem XXI geminam rapacem, certus auctor adhuc vidit nullus et omnino reiiciendus est.

Iam recensebuntur loca in quibus supra scriptae tegulae repertae sunt, in quibus sequor litterarum ordinem; ad singulas vias enim haec redigere, quod sibi proposuit Meyerus, non improbo stationum quidem, sed ut sufficiant, quae de viis antiquis stationumque militarum ratione tradita habemus, certe cautius in hac re procedendum est quam adhuc fecerunt viri docti. Primum enim si quando unica tegula vel admodum paucae alicubi prodierunt, non statim sequitur stationem militarem ibi fuisse; rudera enim cum multus esset usus apud antiquos, quid vetuit inter alia fracta etiam tegulas olim legionarias avehere? Quare indoles aedificiorum et maxime numerus tegularum respicienda erunt ei certe qui malit nescire multa quam falsa ponere. Gravius etiam est, quod in plerisque locis pro certa notitia quam desideramus subeat nescio quae levis rerum narratio antiquiorum auctorum et maxime Halleri hominis nimis boni et ultra sapientiam facilis. Ubicumque enim Romanae aetatis vestigia in Helvetia septentrionali emergunt, antiquarii repentini indigenae statim decantant solitas de duabus famigeratis legionibus fabulas earumque ibi stationem fuisse cupide defendunt. Equidem ut huic levitati aliquatenus obviam irem, quorum locorum tegulas scriptas auctor fide dignus nullus vidit, iis asteriscum praefixi. Ceterum ordinis alphabetici incommoda compensabit mappa secunda, quae stationes has proponit interrogationis signo in re dubia nomini adscripto.

*Affoltern am Albis*

3 'der Erzähler aus dem Bezirk Affoltern als Kalender für 1847' p. 8 et tab. n. 5 (inde Meyer p. 137).

6 una in mus. Turic.; item Erzähler l. c. (inde Meyer p. 137). Citatur corrupta in schedis Faesianis quas mihi exhibuit Meyerus.

Praeterea tegulas legionarias ibi servari a diacono Faesi testatur *Berichtbuch der a. G.* 1837, 11.

*\* Baden*

Tegulae legionum XI et XXI secundum Hallerum II, 475 (inde per Bronnerum Meyer p. 132).

*\* Birmenstorf*

Tegulae legionum XI et XXI secundum Hallerum II, 413 (inde Meyer p. 136).

*\* Brunegg*

Tegulae legionum XI et XXI ('zunächst um Brunegg und oben auf der Höhe des Brunegger Bergs') secundum Hallerum II, 416 (inde Meyer p. 135). Tegulas eiusmodi olim ibi se vidisse affirmat ex memoria etiam Kellerus.

*Buchs*

1 una Hagenbuch cod. 285 p. 17. 19. 21. 47 cf. epist. ms. 1759, 182, item Schmid 1760 p. 92 ex epist. Hagenbuchii. Extat praeterea in tabula separatim edita, quam inveni in cod. Turic. S, 298. Cf. etiam commentarius antiquus Zeichn. der ant. Ges. IV, 61, ubi tamen tegulae non pinguntur. Meyer p. 132.

2 una Hagenbuch l. c.

3 tres extant in mus. Turic.; duae apud Hagenb. l. c. et in tab. sep.; quinque nuper rep. ed. Meyer in Gerlachii schweiz. Mus. I, 125, Gesch. der Leg. p. 132. In harum unius margine superiore VM inscriptum fuisse notat Meyerus; puto eandem tegulam me vidisse, sed nihil eiusmodi ibi reperi.

6 una Hagenb. l. c. et tab. sep. Meyer p. 132.

*Coblenz* extra vicum quarta horae parte Zurzachum versus ad viam antiquam inter Confluentes et Zurzachum

1 quinque in museo Schaufelbühl's Zurzacensis, in quo item extant octo fractae aut primi aut secundi aut tertii typi (inde Meyer p. 138). Item Lucernae in bibl. publ. ex dono Isaaci; v. epistolam eius a. 1837 *Corr. der a. G.* I, 44.

2 tres in museo Schaufelbühl's (inde Meyer p. 138). Item Lucernae; v. Isaaci epist.

3 duodecim in museo Schaufelbühl's (inde Meyer p. 138). Item Lucernae; v. Isaaci epist.

4 duae in museo Schaufelbühl's, quarum altera integra est (inde Meyer p. 138), altera fracta sic l. · xx|

5 una in museo Schaufelbühl's fracta sic |eg · x|

6 octodecim in museo Schaufelbühl's (inde Meyer p. 138). Item Lucernae; v. Isaaci epist.

10 una in museo Schaufelbühl's, quam Confluentibus potius quam Vindonissa se accepisse existimat dominus.

*Dällikon*

1 duae in mus. Turicensi, quarum una massa potius quam tegula eandem notam habet bis impressam. Meyer p. 132.

2 una in mus. Turicensi.

3 duae in mus. Turicensi. Meyer p. 132.

6 una in mus. Turicensi. Ulrich a. 1789 (*Berichtbuch der ant. Ges.* I, 193). Meyer p. 132.

*Ellikon ad viam quam adhuc dicunt Romanam*

1 una Meyer p. 132 auctore I. I. Egg Ellikonensi.

*\* Entfelden*

'Im Engstel sollen Ziegelstücke mit Buchstaben früher oft gefunden worden sein'. Ex epistula doctoris Thuet data societati nostrae d. 3. Oct. 1853.

*\* Gebistorf*

'Ziegel mit römischen Buchstaben fanden sich in der Winterhalde'. Ex epistula parochi Meyer scripta societati nostrae a. 1853. Item in vico Reuss prope Gebistorf tegulas legionarias repertas esse nuperrime ad nos perscripsit Stäbli.

*Gerlisberg v. Heidenburg.**\* Gränichen*

'Tegulae legionum XI et XXI reperiuntur circa ecclesiam in planitie, maxime in loco q. d. *Mauracher*'. Haller II, 417 (inde Meyer p. 136). — 'Oestlich am Dorf fand sich eine Backsteinplatte 12 Quadratzoll gross, verkauft an Hrn. Renger in Aarau; ebendasselbst auch abgerundete und platte Steine mit verschiedenen Bildern und römischen Buchstaben'. Ex epistula praeceptoris Brunner a. 1853 societati nostrae scripta.

*Heidenburg* (in communi Basserstorf inter Gerlisberg et Birchwil)

2 una museo Turic. illata a. 1852. Meyer p. 132.

3 una museo Turic. illata a. 1852. Meyer p. 132.

6 una museo Turic. illata a. 1852. Meyer p. 132.

*\* Kaiserstuhl*

'Man soll hier Legionsziegel gefunden haben' v. Ehroltsheim apud Meyerum p. 138.

*Kirchberg supra Biberstein*

1 unam ibi vidisse se narravit mihi Schaufelbühl. Meyer p. 135.

6 una in museo Schaufelbühl's. Meyer p. 135.

Contra tegulas scriptas hic reperiri negat Haller II, 430

*Kloten*

- 1 decem extant in mus. Turicensi. Item quinque huius typi fuerunt inter tegulas Kloteni anno 1724 repertas, quas recensent Hagenbuchius (ad Huberum ep. ms. 1725, 4 optime; item cod. 285 p. 11–47); Neujahrsblatt der Zürcher Stadtbibliothek 1725; Ott muthmassl. Gedanken p. 16. 17. 21; Breitingen apud Schelhorn. VII, 36. 49. 51; cod. Zoller p. 394; Bochat I, 390; Orell. 461. 462. 464 = 269. 270. 272. — Keller Mitth. der a. G. I, 26. Meyer p. 132.
- 2 una extat in mus. Turic.; tres fuerunt inter repertas a. 1724. Meyer p. 132.
- 3 octo extant in mus. Turic.; quinque fuerunt inter repertas a. 1724. Meyer p. 132.
- 4 una in mus. Turic.
- 5 una in mus. Turic. fracta sic: LEG·X} litteris incisus. Meyer p. 132.
- 6 novem extant in mus. Turic.; tres fuerunt inter a. 1724 repertas. Keller Mitth. der a. G. I, 26. Meyer p. 132.

\* *Königstein* castrum antiquum prope Küttigen

Tegulas legionarias hic reperiri scripsit nobis Behlhofen Aarauensis a. 1853.

\* *Lenzburg*

- 1 Meyer p. 136, qui huius rei auctorem mihi laudavit parochum loci.
  - 6 Meyer l. c. eodem auctore.
- ‘Zu oberst in den Schlossreben, die Burghalden genannt, hat man Ziegel der XI. und XXI. Legion entdeckt’ Haller II, 440 (inde Meyer p. 136).

*Mörikon*

- 6 Schmid 1760 p. 92. Meyer p. 135.
- ‘Ziegel der XI. und XXI. Legion’ Haller II, 450.

*Oberkulm*

- 1 quinque Schmid 1760 p. 95, idem in cod. ms. bibl. publ. Bern. (ms. V, 9) quem vidit G. Wyss. Meyer p. 136.
- 6 quattuor Schmid l. c. p. 92, item cod. ms. cit.; inde Orell. 436 = 239. Meyer p. 136.

prope *Oberweningen* in loco dicto *Heinimürler*

- 1 una in mus. Turic. Meyer in Gerlachii schweiz. Mus. I, 127, Gesch. der Leg. p. 136, auctorem citans Weidmannum.
- 3 una in mus. Turic. Meyer Gesch. der Leg. p. 136.
- 6 una in mus. Turic. Meyer in Gerlachii schw. Mus. I, 127, Gesch. der Leg. p. 136.

*Oberwinterthur*

- 1 duae in mus. Turic. Meyer p. 132, qui addit exemplum sexti typi ibidem ut ait adservatum a me tamen non repertum.

*Reckingen* prope Zurzach

Tegulam unam exhibuit mihi Schaufelbühlius, quae ex inscriptionis margine partem servarat litteris plane effractis. Quae narrat Meyerus p. 133 repertas ibi esse tegulas legionarias complures typi primi et sexti, falsa esse mihi affirmavit ipse Meyeri auctor Schaufelbühlius.

*Rüfenach*

- 3 una in mus. Turic., cui dedit Staebli Bruggensis. Meyer p. 136.
- 6 una eidem ab eodem data. Meyer p. 136.

\* *Rupperswyl*

Hallerus II, 460 ubi agit de via quae ibi est a tegularum frequentia dicta tegularia (‘das Ziegelgässchen’), narrat quaedam de tegulis legionariis neque tamen ulla Rupperswylia ad se adlatas esse addit. Quare Meyerus p. 135 quod vicum Rupperswyl retulit inter stationes legionarias, certe non fecit auctore Hallero II, 460 ad quem provocat; videnturque ea quae Hallerianae narrationi similia ad Meyerum scripsit Schaufelbühlius, ad societatem nostram Behlhofen Aarauensis, ex eodem Hallero simili ratione fluxisse.

*Schinznach* prope Vindonissam

Legionis XXI tegulam hic repertam esse auctor nobis est Müri parochus in litteris scriptis d. 29. Oct. 1853.

prope *Schleitheim* in loco dicto *Salzbrunn*

- 1 duae in mus. Schaffhausensi. Ed. Wanner p. 8. Meyer p. 134.
- 2 una in mus. Schaffhausensi. Meyer p. 134.
- 3 una in mus. Schaffhausensi. Meyer p. 134.
- 6 duae in mus. Schaffhausensi. Ed. Wanner p. 8. Meyer p. 134.
- 7 una in mus. Schaffhausensi. Meyer p. 134.

*Seeb*

- 4 una in mus. Turic., quam ipse inde reportavi cum Meyero eo excurrans. Hanc unicam tegulam scriptam dederunt ruinae latericiae permagnae anno 1852 ibi reiectae. Meyer p. 136.

*Tättwyl*

- 1 Haller II, 466, inde Meyer p. 136.
  - 3 Haller II, 466, qui XI legionis tegulas hic reperiri negat. Inde Meyer p. 136.
- ‘Eine Menge Legions(?)ziegel liegen hier verstreut’ F. Keller Berichtbuch der a. G. I, 51.

prope *Triengen* in loco dicto *Heidenloch* horae parte tertia infra vicum in ruinis aedificii Romani

- 1 Brosi in schweiz. Geschichtsfreund VII, 123.
- 2 Brosi l. c.; Isaac in epist. 10 Aug. 1837 (Corresp. der a. G. I, 43. 45). Meyer p. 136.
- 6 Brosi l. c., si quidem haec est quam sic corrupit:

L · XXI · C · P · F.

Quartam ibidem repertam et inscriptam LSCSR non ausus sum inter tegulas legionarias referre; exhibebitur infra n. 346, 7.

\* prope *Urdorf, im Heidenkeller*

'Nach der Aussage der Dorfbewohner wurden Ziegel mit den Legionszeichen hier gefunden' Berichtbuch d. a. Ges. 1837 p. 1.

\* prope *Villmergen* in loco dicto *Bülisacker*, in ruinis thermarum Tegulas legionum XI et XXI hic reperiri auctor est Haller in Schweiz. Geschichtsforscher II (1817) p. 305 (inde Meyer p. 137).

\* *Waltenschwyl* inter Bremgarten et Sarmenstorf

In ruinis aedificii Romani reiectis anno 1805 tegulas scriptas repertas esse parochoque frustra exhibitas esse legendas, deinde easdem pervenisse ad Stubium medicum Sarmenstorfensem narrat Hardmeier Berichtbuch der a. G. I, 57.

[*Wettingen*]

Errone hunc locum Meyerus p. 132 retulit inter stationes Vindonissenses; nam quam citat tegulam typi sexti, auctore, ut mihi asseveravit, Kellero seminarii Wetingensis rectore, ipse Kellera quarenti mihi rescripsit tegulam eiusmodi vidisse se quidem, neque tamen Wetingeni repertam, sed Koenigsfeldae erutam et adservatam Badenae apud Amietum.

*Windisch*

1 undecim vidi a. 1852 Königsfelden in monasterio; unam praeterea Zurzachi apud Schaufelbühlum. Quattuor extant in museo Turicensi loci quo quaeque inventa sit nota carentes. Ed. Ritter p. 34 q. v.; Haller II, 395; Meyer p. 128.

2 duae in mus. Turic. (ubi praeterea servatur una sine loci indicatione); tres apud Schaufelbühlum. Ed. Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245); Meyer p. 128.

3 duas vidi a. 1852 Koenigsfeldae. In mus. Turicensi tria exempla extant loci nota destituta. Ed. Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245); Meyer p. 128.

4 quod sciam adhuc non reperta est Vindonissae; errore enim ni fallor refertur a Meyero p. 128 inter tegulas Vindonissenses auctore nullo. Certe ego neque huius typi Vindonissense exemplum vidi neque apud auctorem fide dignum reperi.

5 una in mus. Turic., duae integerrimae in mus. Schaufelbühlum. Ed. Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245).

6 quattuor vidi in mus. Turic., item quattuor a. 1852 Koenigsfeldae, item unam in mus. Schaufelbühlum. Exhibent Guillimannus Habsburg. p. 34; Ott apud Hagenbuch. cod. 285 p. 15; Haller II, 395 (inde Orell. 441 = 245); Meyer p. 129.

8 duae extant in mus. Turic. loco quo repertae sunt non indicato, sed Vindonissa huc pervenisse vix dubitamus. Meyer p. 128.

9 unicum quod adhuc innotuit exemplum Rothius vidit a. 1850 Augustae in museo Schmidiano, cui complura Vindonissensia illata esse constat. Meyerus p. 128 unde habuerit, non indicavit; mihi quarenti affirmavit excepisse se olim Vindonissae ex ipsa tegula.

10 duae extant in mus. Turic. (quarum una delineata est Zeichn. der a. G. I, 54); una in museo Schaufelbühlum; una, quam vidi et ipsam, in museo Basileensi ex dono Fischii; una in bibliotheca publica Lucernensi ex dono Isaaci (v. eius epist. a. 1837 Corr. der a. G. I, 44). Meyer p. 128.

11 una museo Turicensi illata est a. 1853; una est in museo Schaufelbühlum; una Lucernae in bibl. publ. ex dono Isaaci (Corr. der a. G. I, 44). Denique Vindonissae emit Haller (I, 38 ed. 2; II, 395). Meyer p. 128.

12 unicum quod adhuc intra fines Helvetios repertum est exemplum museo Turicensi illatum est anno 1853.

*Wynikon*

1 una Brosi Schweiz. Geschichtsfreund VII (Einsiedeln 1851) p. 120 tab. n. 8-11. Meyer p. 136.

2 una Liebenau Lucernensis in epist. 30 Mai. 1849 (Corr. der a. G. VII, 103). Meyer p. 136.

3 una Brosi l. c. Meyer p. 136.

6 duae Brosi l. c.; Liebenau l. c. Meyer p. 136.

*Zürich* in colle *Lindenhof*

1 et anno 1747 cum titulo Urbici n. 236 reperta est (Hagenbuch epist. epigr. p. 531) et anno 1838 (v. ephem. der Republikaner 1838 C. n. 2; Keller Mitth. der a. G. I, 29; Meyer p. 137).

6 utroque anno simul reperta est et ab iisdem edita.

*Zurzach*

Tegulam unicum scriptam adhuc ibi repertam, in qua superest tantum L littera extante, exhibuit mihi Schaufelbühlum. Complures tegulas legionarias ibi reperiri Meyerus p. 133 fama accepit, quam falsam esse auctor mihi est Schaufelbühlum.

345 *tegulae castrorum prope Augustam Rauricam.*

Prope vicum Kaiser-Augst tegulae quae sequuntur repertae sunt omnes; ex hoc enim vico tegulas postea museo Basileensi illatas accepit Burckhardt-Wild et ad vicum Kaiser-Augst solum has tegulas reperiri testatur qui et primus et longe plurimas earum reperit Io. Iac. Schmid (in epistula 21 Dec. 1842, Corresp. der a. Ges. II, 109). Idem confirmatur testimonio diligentissimi Bruckneri p. 2952 nullas omnino tegulas scriptas inveniri in antiquae coloniae Rauricae ruinis (cf. infra 346, 1-6). Prope Kaiser-Augst reperta sunt sepulcra integra ex his tegulis compacta, ut ordines earum iuncti quasi tectum efficerent supra corpus defuncti; ex eiusmodi sepulcro patrem traxisse et museo intulisse septem huiusmodi tegulas Schmid filius narravit Meyero.

1 litteris incisus E G I A A

2 litteris incisus E G I A A vel E G I A A

Cum de lectione adhuc non satis constet, optimum factu erit proponere octo exempla, quae habeo recte excepta,

id est Turicensis musei cui donavit Schmidius tria, et Basileensi quae illata sunt anno 1849 ex domo Burckhardt-Wild quinque. Illa ipse excepi, haec cum non satis accurate examinasset, Rothius vir peritissimus et officiosissimus diligentissime mea causa contulit. Sunt autem haec:

Turicense	1:	TEGLA
»	2:	ELC
»	3:	ELIA
Basileense	1:	TEGLA
»	2:	TEGLA potius quam <i>mr</i>
»	3:	ELGIA aut <i>AE</i>
»	4:	TEGIM
»	5:	TEGIA

Unde ut mittam elementum extremum, quod modo *mp* esse modo *mr* iure iam posuit qui primus has tegulas edidit Rothius, primum quomodo accipiendum sit videamus, quod Rothio visum est *le*. Videntur tamen exempla octo quae supra posui ducere ad *te* potius quam ad *le*. Primum enim in Bas. 2. 4. 5 linea superior inferiore utrimque duplo longior est, item in Bas. 1 linea superior dextrorsum non excedit inferiorem, sinistrorsum inferiore paullo longior est. Turicense 1 rem non diiudicat; eadem enim longitudine sunt lineae superior et inferior. Restant Tur. 2 Bas. 3, quae videntur dare *el*, non *le*; notum enim est litterarum ordinem quantum fieri potest in nexibus emendate factis servari, ut *aa* sit *ma*, *aa* *am*, et si quod occurrit exemplum scripturae diversae, ut n. 334 *AA*XIM, errori vel negligentiae lapicidae recte imputabitur. — Quare cum pars tegularum ducat ad *TE*, pars ad *EL*, restat disceptandum de diversitatis huius origine; non facile enim nobis persuadebit, qui ut in fine *mp* et *mr*, ita hic initio duas diversas scripturas usurpatas esse statuet. Mihi alterum elementum ex altero inversum esse videtur, quae inversio quam frequens sit in tegulis, prudentium nemo ignorat; in optione autem quae sic nobis datur eligendum esse puto longe frequentius adhibitum signum *TE*, ut acquiescendum sit in lectione *te*gimp vel *te*gimr. — Non adhibui ad hanc quaestionem diiudicandam reliquas auctoritates eorum qui examinarunt musei Schmidiani tegulas, ut domini ipsius (Corresp. der a. G. I, 88), Hardmeieri (Zeichn. der a. G. IV, 19), Rothii p. 17 (inde Orell. . . = 311), denique Meyeri; data opera enim, ut dixi, de his investigandum est, neque mirum, praesertim postquam innotuit Rothii ingeniosa interpretatio, omnes primum elementum sic dedisse *TE*, quam formam vere significantem *le* num in ulla harum tegularum extet equidem valde dubito. Denique quam addidit in editione tegulam Rothius p. 17 (inde Orell. . . = 311): *TE*GIM, ipse vir candidus certiore me fecit potius sic describi debuisse *TE*GIM; non fuit igitur nisi exemplum soliti typi paullo effractum. Interpretationem collato lapide Augustano n. 279 signiferi legionis primae Minerviae Rothius proposuit hanc: *LEGIO I minerva restituta* et *LEGIO I minervia*. De epitheto certe

*restituta* differendum est iudicium propter nummi, ad quem provocat Rothius, imperatoris Aureoli inscripti *L · I · MIN · RESTITVTA* (Eckhel VII, 465) admodum incertam fidem. Praeterea si recte posui initio *TEG* non *LEG* legendum esse, explicemus necesse est sic: *TEGula (legionis) I minerviae*, quod fortasse ferri poterit, ut interpretatio Rothiana per se admodum probabilis retineatur; quamquam plane simile exemplum quod proferam non habeo.

#### 346 tegulis reliquis publicis privatisque sigilla impressa.

1 auf dem Alphof Dietisberg zwischen Buchten und Eptingen.

#### LEG · VII

Bruckner Merkw. p. 2278 (inde Orell. . . = 311); quem virum diligentissimum quamquam erroris non libenter insimulo, tamen cum praeterea plane desint in his partibus septimae legionis vestigia, uncae testae ut unico testi diffidendum est.

2 Basileae apud Huberum, quem aut Vindonissa aut ex Germania accepisse existimo.

{XXI}

Bruckner p. 2952. Tribui potest et legioni XXI et XXII.

3 Basileae apud Harscherum; quem Augusta accepisse addit *Haller*, male opinor. Venit potius ex Germania.

#### LEG · XXX

Haller I, 144 = 169 (inde Orell. . . = 311).

4 Magden prope Rheinfelden in colle *Hallmatt* sub quercu vetustissima tegulam repertam esse numeris Romanis inscriptam ad nos perscripsit anno 1853 medicus oppidi Stein Aargoviensis Bünghi, qui puer tegulam vidit.

5 in sepulcris latericiis rep. Aug. Raur. a. 1765; lateres scripti litteras monstrant aetatis infimae. Quattuor exempla extant in bibl. publica Basileensi.

#### AMASONIUS

Descripsi. Schoepflin Als. I, 511; Roth p. 20; Orell. . . = 320.

6 in lateribus fractis Augustae in museo Schmidiano.

a H A V



Roth p. 20, inde Orell. . . = 320.

346 7 Triengen in loco dicto *Heidenloch* reperta una cum tegula legionaria inscripta L · XXI G (cf. n. 344 p. 80) *Isaac*; extat Lucernae in quinque pagorum museo *Brosi*.

*litteris extantibus* LSCSCR vel LSGSGR

Isaac in epist. 10 Aug. 1837 (Corr. der a. G. I, 43. 45); Brosi Geschichtsfreund VII p. 125 tab. n. 12.

Si est privata, nomina continebit exempli causa *L. Scribonii Scriboniani*; at cum reperta sit una cum legionariis tegulis neque privatae publicaeque tegulae simul reperiri soleant, vide ne subsit legionis nomen insolita ratione scriptum, exempli causa: *legionis septimae Claudiae*; *Scribonianus* (fecit).

8 Galgen prope Altstetten tres harum tegularum repertae sunt, quarta Turici in colle Lindenhof, quinta prope Turicum in monte Uetli; quae omnes extant in museo Turicensi.

*litteris incisus* D · S · P

Descripti ediditque Bull. dell' Inst. 1852 p. 107, interpretatus *poliare stationis publici*, nimirum stationis Turicensis publici quadragessimae Galliarum. Meyer Gesch. der Leg. in tab. n. 30. 31. 32. — Kloteni quam repertam esse ait tegulam Hagenbuchius (ep. ms. 1752, 4; cod. 285 p. 45)  $\frac{1}{2}$ , hanc ipsam crederem nisi et locus vetare videretur et male lectam (fortasse pro L) indicaret ea res, quod in museo nostro haec reperiri non potuit.

9—15 tegulae in summo monte Poenino in ruinis aedis Iovis Poenini repertae. Praeterea n. 13 Martigny vidit de Loges; Neufchâtel in museo *ego*; sed videntur haec quoque exempla a monte Poenino adlata esse.

9 *litteris extantibus* S · P · Q · R

10 *litteris extantibus* PVBLICVS

11 *litteris extantibus* PVBLIC

12 *litteris extantibus* ROMA

13 *litteris extantibus* SE PPI

14 *litteris extantibus* PP · WR · SATVRN

15 *litteris extantibus* S A T V R N

9. 10. 11. 12 Murith n. 24. Quam addit idem s · T · Q · R omisi, utpote sine dubio profectam ex n. 9 male excepta.

13 vidi Neufchatellae in museo integram; fractam sic ..EPI.. reperi templi Poenini ruinas pervestigans et obtuli monasterii museo. Ed. de Loges p. 171, Murith n. 24, qui quam addit praeterea s · T · P · F omisi, videtur enim eadem parum bene descripta.

14 Murith n. 25 ligno incisam dat.

15 Murith n. 24.

346 16 Buchs rep. ait *Meyer*; quo auctore, nescio, nam et exemplum quod extat Turici in museo, loci ubi reperiuntur est adnotatione caret, et silet inventarium.

*litteris extantibus* L FLX

Descripti. Meyer Gesch. der Leg. p. 170 tab. n. 29. — Lege: *L. Flavii* . . .

17 tria exempla adhuc prodierunt, primum Radelfingeni anno 1814; secundum Studenbergi, tertium *in der Engi* anno 1847. Illata sunt museo Bernensi.

*litteris incisus* L · C · PFS

Descripti ad ectypon Meyeri. Radelfingense exemplum emit Haller Königsfeldensis ediditque Schweiz. Geschichtsforscher II (1817) p. 306; item ed. Studer p. 81, Iahn Bern p. 361. Studenbergianum ed. Studer p. 82, Iahn Bern p. 50. Tertium ed. Iahn Bern p. 231 misitque Lutz Zeichn. der a. G. II, 60; Corresp. II, 65. — Lege: *L. Corneli*? *Prisc(iani)*?

18 Allmendingen rep. 1824 una cum securibus n. 211.

A D I A S

Lohnerus Thunensis reperit ediditque Schweiz. Geschichtsforscher VIII, 430, a quo pendet Orell. . . = 223, Iahn Bern p. 255. Do ex tabulis Lohnerianis bibliothecae Thunensis. Quod mihi narraverunt Thunenses de tegula legionaria Allmendingeni reperta et deinde pessumdata, ad hanc tegulam pertinere arbitror. — Lege: *Sarda*.

19 rep. Pomponiani prope Hyères. Extat Genevae in museo ex dono Soreti.

C · HOSTIL

AMPLIAT

Descripti. Mém. de Genève VIII, 441.

347 tegulis stilo inscripta.

1 in tegula Galgen prope Turicum rep. et illata museo Turicensi. Litterae altae sunt poll. Helv. 1½.

Uix

Contuli. Est numerus LIX.

347 2 in tegula Dällikoni rep. (non, ut ait Meyer, in colle Lindenhof et in monte Uetli) et illata museo Turicensi. Littera alta est 4 poll. Helv.

P

Contuli. Ed. Meyer Gesch. der Leg. p. 137 tab. n. 31.

3 in tegula musei Genevensis.

1051  
A (1) 19 H 1/2 P

Descripti.

4 à Palézieux une chambre de M. le préfet de Mieville a pour parquet de grandes briques romaines, dont l'une porte une inscription; d'autres portent l'empreinte de pieds de chèvre et de pattes de petits chiens. Ces briques proviennent des bains romains découverts au Martinet près de Palézieux.

XCVIIIHSCRHCHPL  
K P O S D V X Y C

Descripsit Troyon.

348 in amphorarum ansis.

Amphorarum cavis inscripta vel impressa si qua occurrunt, his subiunxi. — Ceterum pleraque ansis inscripta admodum detrita sunt et paucissima tantum bene descripta.

1 Aventici rep. [deinde Bernae, nunc in bibl. Zofingensi].

AGRICOLAE

Hagenbuchius cod. 283 p. 221, qui vidit; inde Orell. 385 = 194. Hardmeier Zeichn. der a. G. IV, 20. — AGRICOLA Hardm.

2 prope Genevam in moenibus antiquis reperta [apud Blavignae architectum].

A C / T / S

Descripti.

3 litteris extantibus, Vindonissae rep. [mus. Tur.].

Q · C · K · G · H

Descripti. Litterae certae sunt et magnae.

348 4 a Aug. [mus. Schmid]. b Studenberg [mus. Bern.]. c Aventici.

a { CENESPSE Roth  
CENF<sup>1</sup>SPSA Hardm.  
b CENRSPSE  
c CENRSI

a Roth p. 15. Hardmeier Zeichn. der a. G. IV, 19.

b Studer p. 76. Iahn Bern p. 50. Misit Lutz.

